




Hippocratis
1538











Parotides malum(?) cu(m) obitu,
curi : 87 · 2 · Paror · 120
Pulmo impleri pot et
alia pri(?) q(uam) a capite · 27.

Humoris et corporis partes
G. Fernel. lege fol · 308 ·
sed hic p(ar)tes impsprie(?) dicu(n)t,

Tertianas ex ma(teria) extra uenas
putrescente
generari, lege fol · 49 · 2 ·

Pro · c · Race · lege · 165 · et inde
ubi d(e) sopore et 7.

Tertiana ex ma(teria) extra uasa
fieri · lege · 49 · 2 ·

Cā exteriores Si corpus ē purū dearii tm̄ exci
tatū no aūt putridam: . 117 . 2 .
Turbida Urina qd si-
gnificat . . 163 . pa facie .
nec no et 2a . 65
SEMITERTIANA . IN QVO DIFFERAT
- A TERTIANA CONTINVA . 54 :
- d semitert a et legr fol - 100 , qtidr ,
De urinis ī morbis Tho=
racis , legr nec ē Gal : . 205 . a
Malignitas successu tpis ī morbo facta . 27 . .
Humiditas soporē , Acredo ui-
gilias inducit . . 222 .
Continuas febres nō semp uno mō
progredi , na aliquæ du incipiut alie
in progressu magis seuiut , remittu-
tur ue , legr fol : 107 : —

Pro irroratione Thalamo.

℞ ros. rubeor. M. j. Sand. citr.
℥ s. cort. citri ℥ ij. bulliat
in aqua, cui addi dimidium
aquae rosatae, & aceti albi
optimi, ac odori parte grata,

Suffitus.

℞ Gariophyll. Cotus. ℥ s. Sandal
citrin. ʒ ij. contundantur grosso
modo, & ferveant in aq. ros.
addendo quantum satis aceti opt.

Pro frictionibus.
maculis pulicarib.

℞ Aqua cois ℥ ij. olij cham. ℥ i
vini albi ℥ s. bulliat ad cosum-
ptione aqua, et serviet reliquu
pro inungendis volis, du fri-
ctiones fiunt: —

Dolore posse indifferent fieri ab
intempie, et soluta unitate. elic-
folio. 23. 6. — vbi paulo post d
PAROTIDIBUS leges.
De cruru scarificatione et in dolore
capitis. lege Philon. cap. 2º. lib. pi. fol. 4.
col. 4ª. et alt. pam Amati. centurie. 18:

no tm
venen sectionē à basilica, cito
possunt infici spus [illegible] humoris
cordis, sicut ī febre pestilenti
ac venenata, & iō utilitas p-
stat nocumēto, sicuti in hac
nocumētū ē utilitate maius,
Addē q̄ illi humoris reliquorꝫ
cū nō sint venenosi, nō ha-
bent Antipathiā cū corde, sic
habent pestilētes, q̄ qsi quod-
dā venenū sūt, qd à proprie-
tate in primis petit Cor, mg
tū cū alias ptes. Et iō ī his
hrē subito vires cōcidunt:—

Resp̄sio, obiectioni cuiusdā,

Obiicit qdā, roni quā adducebā, nō ēē siccādā urinā in febr̄ pestil. qn̄ mā̃ maligna ē in jecore, ut propt̄ illas partes: transiēs p dextrū cordis sinū, spūs, & sanguinē ibi existentē coinqnet, & malignū reddat, Obiicit itaq qdā, hoc ēē debere ēē in cæteris febrib. putridis, itē i scabie, lepra, & similibus morbis Cui Respondeo, in reliqs morbis, humores nō ēē ~~ita~~ venenosos. uitiosos, malignos, contagiosos, & actiuos, sicut in peste, & iō in illis morbis, p

PESTIS propriè dicta, ē subita quaedam
äeris corruptio, et ne p° malis
affectio. Mass. Vol. p° Epist. 34. fol. 169

vnde Philo medicus dixit

Λιμὸς ἐστὶ ἀέρος θάνατος:
hoc ē. Pestis est Aëris mors. et
iō morborum ē maxs: ē. n. ex
eo äer corruptus, q fugiendus est:
cū in nemini natura conversus
sit, et multos interimat:

Caphura frigida ē, et sicca in 3° cō-
ciliat somnū si modicus eius sit usus, ut gra-
nū unū, et alterum cū aq nymphae, ut lactucae
et portulacae, putredinē et arcet, et alios effus pro-
ducit, lege Amati Dioscor. fol. 80.

Sacculus cord.

℞ fl. ros. rub.
Borrag.
Buglossa
Nenuph.
Viol. ana ℥ ij
corall. rub. ℈ ij
Cort. citri. ℥ s.
sp cord. temp: ℥ iij
ossis de corde cervi ʒ 1s
Ambra
Moschi
Croci ana gr. v.

fiat fiat Sacculus. mettatur tn, ad
altera, sm qd rom tibi videbit, personam
cu capitis n. dolore, aromata custodes

Alind.

℞ Pistacior. mundat. ℥ 15

~~[illegible]~~ Amygd. d. ℥ vj

-s- mell.

Anguria } an ℥ ij

Quet q. s. et fiat confectio

1- ~~[illegible]~~ mit salis, q. deaurere,

quibus pro diversis intentio-

nibus, addi pot, -s- Papa-

veris albi, Testiculor.

pulli nomine in expris et

similium, cu. speb. ut diarrho-

don, ut Arom. ros. et similibus

Alind Restaur. eiusdē. Cētur. VI
curont. X^a. fol. 171. q̄d
cōuenit Tabidis. lege ibidē.

Aliud ex Fuchsio.

℞ Pulpæ capi. ℥ i Testicul. galli
veneris non expertis. pinear, pistacior,
Amygd. d. ā̄ ℥ s. Spec. Elect. d
gemis, ʒ s. Diarrhod. abbatis,
Dianthon, Aromatici Odorati rosacei
ā̄ ʒ j Sand. alb. cynnam
el. ā̄ ʒ s. Macris ℈ j. Sac-
chari candidissimi lib. j. diluti
i liquorib. stillatitijs, buglossi,
& rosar. et fingat morsuli. o
vnus aut quotidie sumatur.

RESTAVRATIVVM.

Ex Cent^a 4^a Amati. curat.

~~[illegible]~~ 65. fol. 603:

℞. S. 4^r maiorum frig. an ℥ i Amygd.
d. mundatarum, sebesten ping. Pistaciorum
an ℥ is. sem. pap. albi ℥ i. Passul.
ex corynthio aq calida ablutarum
℥ ij Sacchari buglossati, borragi=
nati an ℥. bj Species Diarrh. abb.
Diamargarit. frigidi an ʒ j.
Sacchari cand. penid. an ℥ i:
Sacchari albissimi ℔ i.s. Carnis
caponis juuenis ℥ vj. ad igne
fiat electuarium sm arte, et confectio
in morsulis cui addi aliqd, et minui pot

Alius modus faciendj
aqua carnis i baln. Mar.

℞ carne pulli gall. ul Perdicis, ~~incisi~~ ~~deinde~~
minutim semota ptē pingui. asp̄ge aq̄
Autosæ, rosatæ, et c. dē suffparge pulueꝝ
cord. ut marg. fragmta gem: folia aur
eralia, et c. & pone i uase uitro, & obtu
ra: Postea in uase pleno aq̄. phialā im
pone, quæ mergat sub aq̄: & bulliat
lento igne, donec Pes capi, q̄ ex
phialā in q̄ sit impositus, bn̄ de-
coqtur, & tūc erit destillatū, quo
uti debis i minori dosi, q̄ supius-



Alendos et in pr̄ste ægros
lege fol. 290. 2.

no alio mo fiat aq carnis, p expssione carnis tosta, lege

Capivac. ioo. Aqua carnis - TARVISINORV

℞ carnis capi, ut perd. minuti inci-
sac, et sup eas pone aqua autost,
et borrag. adeo ut coq possint, usq ad
quanda cocturam, postea totu hoc, aqua
s. et carne pone i cucurbita uitrea
cu suo capello, operculo: et instillet ad infurnibulu
quousq qua sut i cucurbita exierit:
et haec aq pot dari cu iure i ma
iori dosi, q ea quae stillat i phiala,
et caldariolo, ut moris est: Mass. 54
vng. in cord.

-℞ ol. ros. uiol. nenuph. succi buglossi,
borrag. an ℥ ij. sp cord. temp. sand.
~~[illegible]~~ rub. sem. citri an ʒ j. Aceti
parv, mis. et f. ung. mo no sit [illegible]

~~Addit~~ sudor:

Tormentilla radix dessicat in ℥ sine coll[illegible] m, Mathiol:

Pul. cu cibis aspergendus.

℞ frag. lapill. prios. Margar. et corall. rub. ana ʒi. fol. auri p. fol. 2. et fiat pul. tenuiss. da. ℈ j. vel ℈ s.

Panpib. misce succu Lim. Arantiorum, citri,

Ante cibu confrica crura, et brachia,

RESTAVR. BARIANIS, et Marti= nellae

℞ carnis capi excorti. et coda ℥ ij. Amygd. d. excorticatarum, et lotarum, Pistaciorum mu. ℥ i. Sem. mell. mu. ʒ iij. Testiculorum pulli no coeuntis ʒ ij. s. Sp. Diarrh. abb. ʒ i. Sacch. chifet in aq. acetosae, et buglossae q. s. et fiat confectio in morsellis ʒ ij

Sacculus stomacho.

pro quolibet, et aurez:

℞ conf. borrag. ℥ij. Rad. pentaph.
pul.ᵗᵉ S. citri mundator. ana ℈j
Succi acetosæ ℈ij. exhibeant in
duabus vicibus: ——

offerendũ simplex, et unica vice
quæ [illegible] inferius scribit quantitas.

℞ cons. borrag. [illegible] ℥. i. Rad.
heptaphylli
pentaphylli Pul.ᵗᵉ Sem. citri
mundator. ana ℈. s. Succi
acetosæ, ℈j. exhibe: ——

Suffitus in Thalamo conveniens, et
exiccans, fit, ex aq. ros. aceto, et Gariophi

Febriu interm. mat^a in quovis pa-
rox^e cadit i eunis, in cotinuis aut
sa[e]pe mat^a cocunsta disernit ab in
cuba[t]e: Thrinerus aph. fol. 312.
[disernit aut qn mat^a pticularis acces-
sionis, p vomi, secessu, sudores eua=
cat, no bn aut pot cognosci, qn p
insensibile transpiratu mat^a resoluit.

Febres ex inflamatione, uel ex hu-
mor[um] maligna putredine, no desinent
in quti fibre uacati, 4° aphx. 43


Numeramus accessiones intermit-
tetia p dies ut cotinuas p dies.
3° paroxy 10 8^uo

Δ paroxismos

Pestē hoīs deberet difficile incurrere
cū ea antipathiā habeāt cū calore
nati, eos tn̄ facile cū cōpi pro
bationē nō egēt, cū sit manifestū.

Dic q̄ si hēt antipathiā cū ca-
lore nati, hēt et maxiam sym
pathiā cū mat.a. lege cra-
tonē fol. 502. C. 1a. 3a. Motanj

Malē se multū hēt, q quod cibi assi
milat paucū ē, multū uero qd
aut incoctū ē, aut ī noxia excrementa
cōmutat, Elier. fol. 61.



Vires sub. i spu incto calori nati,
et tempamento solidor, calore insito
et humori radicali bn costitu. -
Ergo i hoc tn pcipiti viriu lapsu
q e ai defectus: ut spus, ut co-
temparamentu, ut utrumq collabitur.
Spus aut vitalis cu sit i corde, mo-
uetur, ut intro foras, ut foris intro
Afficit, ut qa no gnat, ut corrupit,
vel alteratur, ut no mouet, ut dissi-
pat: No gnat aut, vel corrupit a
pprio receptaculo, pp fortie cordis in
temp iem, lib. v. d loc. af: c. v. ut
defectu alimti. Corrupit aut, vel
alterat ob hemmata qlitatis, ut in
terna, ut externa: Holler. fol. 76

ls qlitas ueneniosa petat cor
sapenumero non est circa adim=
tatis, ut illico cordis tempera-
mentum destruat: immo calor,
spus, et temperamentum quantum
pot, diu resistit: succumbit autem
cum uincit a malefica illa qli-
tate: At si spus natis cor-
dis robustus fuit: et plurimus
ut malignitatis caloris exoneri
resistere possit, sequitur sanitas
sed paulatim. Massa pro 2a
Epistolam, fol. 61.

ABSCESSVS qd. 50; 59. 57. 59

Spus inaatus quo reddat nebulosus: 20. a

Parotidu gnatio - 24 - a

Pulmo impleri et ab alia pte q ex capite, 27.

Biliis ab aspire in sequetr estatem

Horrifica febres qd. 30 - servata. 71. 2

Accessiones i acutis die pari - crisim prava nuntiat. 78

Humores tenues, ors crudi sut. 31. 2.

RECIDIVARVM sermo. 85.

Sitis carentia, qn, & cur mala. 33 & 79

Difflatio prohibita à frigido aere uarios morbos pereat, prout uarij sut q detinentur humores, & partes debiles magis i uno, q in alio: 45 & 48

TABES uox gnalis — 47.

Morbos prima potius al notionib. lasis q à drusbim sumeda elia. 49. 2 | loco et [illegible] 27 | 129. 2. 185.

Febriu pess ages. 52.

De Rigoribus in cotinuis. 52

Tert. nat cotinua, & Semitertiana oria: 54

Nat. distensa i s setes solidas, et i cau virtus [illegible]. 63.

In p° Epidem. lib°:

Crudū à bilioso humore differt. 124.1

Praesagiendū nō esse elicito, nisi q̃ prius aliqd illrē signū appa-
ruerit. 124. 2.

Dies. XL: & LXXX. sūt indica-
torij. 124. 2.

Dies decretorij: integris hebdomadi-
bus nō numerāt: 124. 2.

Vrinae tenues distīt à coctione. 126.

Sedimētū rubrū. 126.

Errātes febres, fiūt à diuersitate humorū
126.

Vrinae mo coctio, mo cruditas qd
indicet: 126. 2.

Sedimenti formā maxe aduerte. 126. 2

Tres hebdom. in. XX. dieb. finiūt: 127.

Sang. nariu langus fluor bonus, 127. 2
Capitis lotio ubi sanguis parce fluit. 127. 2
Dies 4a judicatoria. 128.
judico p sang. nariu sine coctione. 128
Abscessus optimi q sint. 128. 2.
CIBVS NON TEMERE offerendus, etsi
morbus sit paruus. 134.

in 3o Libo Epidem:

Tremor fit sp ob uiriu infirmitate, et si fiat in ualidis, sed onere, aut humoru copia aggrauatis, sp resp.u poderis uires sut infirmae, et ita i timetibus, spus resoluti, aut oppssi, uires imbecilles reddut: lege fol. 150. et in

SANGVIS missio pleria ab Hipp^tes
tanq clara, supposita, & in-
tellecta, 138 · 139 · 192 · 192
206 · 253 · 2 · De q missione
sanguis · dic 2^a, 3^a ad prima celibrata
~~lege~~ fol · 269 in casu Anaxionis.

Exteriores causas mortem, &
morbos insianis inducere no
posse, nisi precedat morbosus
corporis status, adeo ut ~~[illegible]~~ prime
dictis causae sint comites · 203
loquendo de sex reb · no natlib ·
no aut dico, de his quae ini-
tari possut, ut uulnera, morsus
rabidor, ac Silia:

[illegible]

SAPORIS amari finis ē abster-
gere, Dulcis nutrire, Acris ero-
dere; G. 4° d simpl. fac. c. 17.
mō alienis q̄litatibus hi sapores
nō fuerint offuscati:

Semina mellonū praui succi,
et uitiosū generare, lege 2° de Ali-
mentis cap. 4. nisi sit menda,
ut potius de mellonū carne sit
intelligenda:

Docet idem Marsil^s. i. eode capite xi. de calu, vesica facta, unde cē apienda, butyru, ac foliu caulium supponendo, Et spongia hoc decoctio imbuta, ibi applicanda ēt: ——

℞ Camom. Britannicae, Meliloti, Scabiosae ana M. j. bulliat i lib. media aquae ad consumptionē dimidij, hanc decoctio nē renouato, qm tenenu cēdit, ac utere usq ad finē curonis.

Locus rupturij p mēs mensis stat aptus, idem ibidē, cap. 14 fol. 349 lege plura ruptoriorum 350

Moderatu ē hoc. ℞ furfuru nō penitus expurgatorū a farina M. ij coque in Aceto

DE VESICATORIIS

in feb. pestil: lege ficus. 343

Mars. Ficinus. fol. 343 Sui
Antid. Epidemici. cap. xi: ubi
d. ea applicanda statim facta miss-
sione. et purgatione, in musculo
Carpi manuu, cu Fermento, et
Cantharidibus: sed no sup pro-
prio loco, ubi tangit pulsus:
Sitr fiat sup talo prorsum dextri,
sup clauiculā p quatuor digitos
da vesica aperi, et apta tenu,
Si apparuerit apostema fiat vesica-
torium post phlebotomiam et purgatione
p sex digitorum distantia à loco
apostematis: lege et sum per i q e apostema
fieri debere vesicatoriu diuersimodo

Cur aq̃ cōis ~~[illegible]~~ ob motu frigescat ma-
re uero ex motu calescat: An
cōis aquæ propriũ ẽ frigescere
q̧ si caluerit illa aduētitia
caliditas in motu facile dissol-
uit: Marina aũt cuius pro-
priũ ẽ quodamō calere, nō
refrigerat, sed ex motu cale-
fit, ẽ.n. magis ꝓpriũ calefa-
cere: IVBERTVS Paradox-
fol. 140.

Hic aduertẽdũ duxi, Et si hoc in
comentario morbos Epidemicos enar-
ret Hipp[s]. eos tn̄ nō fuisse oēs pe-
stilẽtes: immo duo tm̄ pestilẽtes
status, ab eodē ibi describuntur,
unus. 5. lib. 3[o]. a princ[o]. et sect:
2[a]. Alter uero ī lib[o] 2[o]. Primũ
aūt statū in unũ caput reduxit
„ Annus austrinus pluuius. et c:
lege fol. 214.. Secūdũ aūt
pestil. statũ enarrauit lib. 2[o]. p
hec uerba. Erat carbũculi in
Crannone aestiui. et c. hoc aūt sci-
re opz. pp quosdã q contendũt hoc
in com[rio]. enarrari morbos sp pestilẽtes

Fernel^s. 2° d. abd. reru

cais - cap - xij

Bubo ingt, atq Carbunculus appa-
rens in peste, priusq febris acce-
dat, mitiore peste denuntiat, ro-
bustaq cordis nam ueneno la-
cessita no nihil statim foras
propulisse: ———

fol. 4. 85.
lig. 8. Septe.


CALOR NATIVVS ẽ illa ignis
portio in unaqq re genita,
quæ elementa commisuit, et mista
conseruat: lege Acacia ĩ com^rio Gal^i d mor

Quod possit dari pestis
sine febre, elicit.
fol. 240.11. et 224. 2.
et 225. et 239. et 240. 2.
Pestis e morbus uulgaris
multos perimens, cuius
nō febris tm, sed multe
sut sptes, ut angine, pleu-
ritidis, lieteria, et c.
lege. ix. d simpl. medⁿᵃ
c. d Terra Samia:—

Jn cibo laudant Ptis. cū succo Arā-
tij. jusculū cū ovo cōtuso, et
aceto modico —

Aqua carnis

Quidā Amarāthū pferunt.



In Potu · decoctu hord · cu Semi
nib · acetosæ, addendo parv vini
granator, ut sy[r] de acetositate citri
et e potus suavis, & utilis · vel mi
sce oxizaccara, vel fiat
Julep · cu libra aqua Endiviæ,
buglossæ an ℥ vj · rosaru ℥ iiij · Succi
granat: limonu an ℥ ij · sacch ·
albi lib · 1ß · & fiat julep · gratu
vel.
℞ Aqua fontis, cu 3ª pte Succi citri
vel limonis, & cu Saccharo
fiat julep · & est suavissimu
Aq[ua] i q[ua] radix Acetosæ coqt, salubrior
fit: IVBERTI PARADOXA · fo · 13

Si uapores putridi ascendētes à ui-
scerib. humores cordis calefaciat, putri-
dæ febres oriūt, si aūt nō tm̄ cale-
faciat, sed eos quoq; : q in corde cōti-
net, putrefaciant, tūc orit febris
putrida pestilens: Mont^s in Charade-
rismo febriū. cap. ix. fol. 30.

Delirium, proueniens partim a bili, partim a melia. 277. 2.

Spiritus per interualla rarus. ibidem: Spus rarus, magnus.

Aestiuos morbos Bruma, brumales aestas propulsat. 279. et 250. et 251.


Pocula, et venus crebro nocua. 279. 2.

Praecordiorum submollis tensio quod indicet 179. 2 160. 2

Nubes urinarum ni imum vasis defe-
runtur, si flatus nō adsunt. 274. z.

PRINCIPIV̄ MORBORV̄ potius ab
actionibus læsis, q̄ ab horum de
cubitus sumi elicitur 49. z. et 129. z.
et. 185. z. item 275. 1. item
folio. 50. z. licet Aegta sentiat:

ENIXIS in quibusdā quæ diffi-
culter pariunt, Vterus inflam
matur, unde febris, id nō solū
febrium causas contingit ob do-
lores, ob lactis eruptionem,
sed et ob inflāmationem Vteri
q in pariendi difficultate passus ē.



Humor lætali ueneno similis in cor
pore generatus. 264. 2.
Doloru in curatione tria prius
considerranda. 265:
Abundantia humorum acervata ex
cute plus iusto densata, et trans
piratione impedita. 266.
Vrinae color niger in mensium reten-
tione, non multum mali predicit. 273
Sexta dies quae solet esse ut plurimum
mali indicativa. bonum indicavit. 274.
Faciei rubor praeternaturalis plenitudinem
indicat. 274
Lingua fuliginosa quid. 274. 2

Calor liquefaciens carnē ferventiss
est. at q pinguedinē colliquat, ē
moderatior. 254 · 2:
Colliquatio ī peste tpr Gal¹. 254 · 2
Menstrua uacuatio, nō solū
uacuatio ē, sed et purgatio
258 · 2
Sanguis purpur, ē melancus ibidē,
Thorax cōsortiū ht cū genitalibꝫ
fol · 259: ——
Appetitus amissio signū pnitiosū, 259 · 2
Causæ morbi paulatim serpūt, mor
bis uero affatim emergūt. 264:
Canis rabidi uirū nō ocidit: 264.

Distillatio ptim in pulmonē, partim ī ventriculū delapsa. 244.

Grauitas corporis ūm. 245.

Oculorū cæsiorū sermo. 246. 24

Figura, seu forma siqt temperatura corporis 248.

Multo sanguis Vbi ē, ibi multa et milia. 248

Tenesmus ex acri, et putrida pituita. 248. 2. legt.

Aestiuos morbos hyems arcet, hyemales uero æstas. 250 2. 251

Vrina oleosa. 254. 1. et 255. 279

Vrina oleosa differt à pingui, lege à 254. inde usq ad 257.

2

Pueri cur saepe cibos corrupat. 238

Lienteria fit debilitata facultate · R. retentrice. 238 · 2 ·


Auxilia et idonea no profuis se in statu quoda pestil: 240.

Syntexis et p urinas, et sudores. 241 · 2

Cibandos oino i pestilenti statu aegrotantes. 240 · 2 · a quo famosu suu dcm accepit Auic: a

Cur qda sitiret, qda minime. 241 ·

Caput phreniticis p se laedit? in febre uero ardo · p accens · 241 · 2


Vox sonora, et acuta, à siccitate
organorum uocis efficitur. Rauca uero
ab vocum humiditate, fol. 230: 2
Arditis fib. et phrenitidis sedes. 231
Sopor ex capite humiditatibus
repleto: 231. 2. et. 242. 2
item. 247.
DVBITATIO de morborum signis. 232
Symptomatica existentia quo
et q d causa fiat: 235:
Crassorum, et tenuium humorum
collectio simul, qua de causa
fiat, lege: 237: —
Oculorum pro lippitudine, Tuber=
culis, ac dolore, lege 237: —
Humores tenues ulcerant, crassi
in tumorem tollunt. 238

Ex STATU Pestilenti. com^{ry} 3^{y}.

Pestilens morbus, et nomen quale ad plures aff^{s}. q. plures inuadat et eos p[er]imat, & no[n] solius febris pestilentis, (ut multi autumant) [illegible] immo pot[est] e[ss]e morbus pestilens sine febre, ut ex multis locis Hipp^{tis} & Gal^{i} colligit, lege fol. 223. & inde, et p[rae]sertim 224.2. & 226 magis:—

Sunt q[ui]da[m] motus morbor[um] de quibus medici p[er]agere no[n] possunt: et e[st] locus notabilis folio. 225.2:

Abortus ex uitiosis hum. 206. 2
idem contigisse legr. fol. 209:
Enixare triu sermo à folio
206. usq ad 212. —
Stercoris uomitus. 205: 2:
Fœtida sp exitiosa. 213. 2

STATVS pestilens descri-
bit com rio 3. libri Tertij:
Mutº statum natiu, in status p't nam
ē causa morbor, ī nobis: 214:
Putredo ex ma hum. ex calore ēxtro,
gignit, et quit augetur: 216. 2
Auster qnq siccus 218. et caurus dr.
Carbūculus ex uitioso sp hum. prouenit, sp q
(uenenosus), magis tn in pestilēti statu. 22
Quidā morbor motus, à qbus psa-
gire nō licet. 225. 2.

Corrupiella humor, quo in
fibrib. tradenda. ix. Meth.
Gs. cap. x. ubi p fibr. pestil
multa eliciunt: — fol. 144
in 8uo uolumini:

Vt idem flatus diuersas no-
ces emittit, sm diuersa instrumenta
quæ ab eo inflatur, ita et ab
uno, et eodem mot spu, et calo
re, diuersi fiunt effs, pro diuer
sitate instrumetorum: disce ex
Actuario, ubi de spu aiali logt.
fol. 349. et inde.

Aer in febrib. pestilentibus, no
tm e causa sine q non, sed et
causa efficiatrix, cu putridus iā
redditus sit, Altom. de febrib.
pestilentibus. fol. 624:

Corroborandu͂ quaq͂ prius ẽ, quam evacuandu͂, elice p° ad Glauc. cap. d curon' feb. cu͂ accentibus.

Febriu͂ intermittentiu͂ sex ee͂ tpa, 1 initiu͂ .s. 2 inaequalitas, 3 incrementum, 4 Vigor, 5 declinatio, et 6 integritas lege. d tpibus morbi. c. v. coti nearu͂ vero tempora sunt tm quatuor. illae .n. integritate carent; ibidem. cap. vij

TRIA IN SE HABEANT, QVÆ IN febril. pestil. adhibetur. nempe oleniam, exiccatione, et à proprietate iuuamentu͂. Mont in ex pom. lib. Epidem. fol. 163. 2

AN RECTE DICATVR NATURA non audere aggredi morbum pestilentem

O[illegible] qua Gal. lege 3 crisium c. 9. ubi d. qu[illegible] pluma à morbo superat: no audet certare [illegible] ipsum, et sine certamine no fit crisis. id aliq. tales sim[ili] crisi moriuntur: idem infert capite x°. sequenti: Natura e erudita sim[ili] disciplina. Vi. d morb. vulg. Tomo. V. com[men]to. 2. Et sequenti com[men]to. 3. dicit Gs: Natura o[mn]ia facit causa salutis: ~~Et V. Aphz. 35~~ Natura d. recordari suarum operationum Libro vero 3°. dierum decretoriorum cap. 8. reddit ro[ne]m Gs. cur quandoque Natura certare no audeat:

Vua passa malignitati resistit, nim
ht codoriá crudorz hum. nec ē putre-
dini obnoxia, & jecori à tota sub̃a fa-
miliaris, & propria. Altom. d jecoris
imbecillitatt; fol. 451.

Lege Alexm Tral. d intemper cal. jeco-
ris fol. 123. in 8uo pa facit, & 2a

Jn cucurbitulaz Vsu, initiũ scarificatio
nis ab inferioribus ptibus sumat, ita. n.
sanguis ad extimas ptes influens nõ
obscurabit eas, quæ deinceps scarifican-
da sunt, quæ po sunt superiores. lege
Oribasiũ. lib. 7. ad Julianũ. cap. 18
ex Antyllo: itẽ cap. 19. d cruẽta scari
ficatione, ex Apollonio.

Flebotomia melior cornua vel cucurb.

Dioscoridi laudat, Cynnam- rapa
satiua, Erysimo . i. Eruca siluestris
AGARICVS . Aristoloch . Ruta, Be-
tonica . Pentaphyllo, seu Tormentilla

Cortices citri, Acor Citri, Sem. Citri
. S . acetosæ, folia eius, Borrag
Buglossi, Bacca Junipi i frig.
Bitca. chamædrys, Chamæpytis
Margaritæ ;. flores ros. uiol. borr
Buglossi, Nymphææ

Alia lex seruet in euacuandis uenena-
tis humorib. q in cæteris, hi .n. coctionem
expectat, illi minime, q decumbut sp ad
membra principalia. Altom. d. feb. pistil:
fol. 130 . inde : hoc intellige i humoralib. fere

NON ESSE SECAda

DE præsidijs i affectib. pestilentibus.

Antidotus Hippocratis ex Actuario, quæ plurimum valet, in 2° eo lege fol. 169. i

Gal. Bolū, seu rubricā Armenā max. laudat, hoc. n. celerit. olim multi curati sunt, qb. aūt hoc nō profuit oēs interiere, nullo alio adiuti præsidio,

Sigillū Lemniū commēdat, Theriacū, medicamētū, ex ruta, iuglādib. et sale,

Catapotia Ruffi. ℞ Aloes pres duas Gummi ammon. partes duas, Myrrhæ prē unā, vino arom. excipe conjta:

Ignis maxe aere pestilenti purificat

Laudat, semē Viticis, radix roris marini lauri baccæ, cynnamomū, Aristolochia. et

Aer in p[rim]is nō tm̄ tota sub[stanti]a, sed et
manifestis q[ua]litatibus cōtrariet[ur] aeri
huic noxio,

Humores nimij sūt euacuādi, crassi
attenuādi, q[ua]re prius q[uam] ualidi sunt
phlebotomizā[di]: uidens u[er]o sit tenuis his
q[ui] crassis repleti sūt, dico interea um
pharmacū conueniens uiribus, aeta[ti]
ac humoribus propinet[ur] suo loco, et t[em]p[or]e

Aer suffitibus uarijs, pro ut res exigit
rectificet[ur], corpora obstructionib[us] liberet[ur]
parco uictu, ac temperanter, Et dignet[ur]
med[icu]s de antidoto quae letali ueneno
resistat, aut ipm̄ abigat, ut heberem

De causis huius pestilentis morbi.

Aer in p^is uitiatus ab aqs multis quae terram nimis humidam, ac ueluti putrem reddiderant, et alimentorum prauitas et seminum ueluti corruptorum, et melius mos in uictus rone, nam et annonae caritas, putres cibos, uitiata aqua potus, et sitim pestilentes morbos inducat, ut q in Aere legumenibus usitabatur, articulari morbo phrebant: putre et frumentum pestilentes afferunt

Positis cuius que rei cais efficientibus, ets morio sept, cum mon nadte ~~sunt~~ idonea 167.2

~~De signis~~ De curone:

Ea his scopis pficiat, corpus in rarum ac densum mediocrit se habeat, ne nimia in tiato aeri pateat, ne in difflatio impediat:

Cum copia, crassitie; ac lentore humoru
aderat et uenenata quada, occult-
qlitas, qua uires psternebantur · 162 · 2
a qbus languidis uirib · cu in qbusdam
qnq ~~[illegible]~~ imperfecte crises fiebat: nil miru,
recidiua succedebat, morbis prioribus d-
riores, tu ob humoru maiore corru-
tione, ex longa mora cotractam, tu
ob uires denuo languidiores effectas
fol · 163 · 1

Qn p aestate assat succi, ac uires ui caloris dissol-
uunt, refrigerato p autumnu aere succis intro
propulsis, ac difflari phibitis, coseques e ut m
bi fiat mali moris [illegible] cu praua uidbus
rone: et io mors succedere facile osueuit · 16

Calor nō erat nimiū acer, sed remissus, ac ferè placidus uidebat͡ : 161 · 2 ·

Nubiloso in aere, nubilosi fiūt eu humores, eu spus · 161 · 2 ·

Pulsus inæqles erat, ob lētorē, & crassitiē humorꝝ, ī quibus sufocādis, calor natis, & nat^a defatigabat͡ · 161 · 2 ·

Vomitus sūt laboriosi cū dolore oris uētriculi, ī biliosis porracei, cæteris pituitosi, cū crassa bile comixta · 161 · 2
lege ibidē aliās causas:

Inappetētia, ob os uētriculi male aff^m · 162 · 2

Vires languidæ, ~~+~~ ob pitiosos humores

Peticulæ apparebāt in · 24^a · nōnullis pustulæ cū rubore, & incendio · 162 · 2

Morbi ponunt, alij ac populares
ab Hippr. & Galo: hi dissoni sunt, & pro
uaria uictus ratione, illi aut per coi a...
aqas, & situ... etc. 159. 2.

Populares pernitiosi sunt ex quo pestilentia
mitiores. Epidemici tamen dicunt. 160.

Morbi qui patrij sunt. Endemi dicti:
Sparsi his opponunt ob uictus rationem

Tps inaeqle, autumno simile. 160. 2

Hyemens austrina, & pluuiosa fuit pro
maiori eius anteriori anni.

Ver inaeqle autumno simile in tpibus in
constantib. fiunt morbi inconstantes, & praui
iudicij: 3° aph. 8.

ob pluuiarum copia diuturni fuerunt morbi
3 aph. 16: et magis ob uictu pravitatem, ex
cibis crassis, uiscidis, etc. 161. 2

calor no...

NON ESSE SECAdā uenā in feb. pti

lib. 3. Val. enarr. pa

Pestiles ac contagiosus morbus, in quamvis aetatem, temperaturā, sexū, et educationē saevit. fol. 158.

Oriuntur et Sanitas, undique patet, ventis patentis urbis:

Paludes fiunt cum per abditos terrae cuniculos et anfractus, fluminum magna portio deducitur, in demissum solum: 159. 1.

Insalubris fieri solet Aer, ex statura, et mora plurima aquae. 159

Aquae longum iter facientes probat: 159. 2

Austro, et Aquiloni supponunt

incolae in victu oberrant:

Pisub. opiterg. vescuntur saepissimè crassi succi aliisq. cibis, ut caseo, pastillis, etc.

NON ESSE SECAda uena in feb. pestil.
post 2am, uel saltē 3am diem. 130:
Dies xxiiij ē inter di
cretorios. 172. a
et 4 apth. c. LXI

Stilla sanguis meri
uenæ sectionē indicat.
176. 2. Stilla sanguis
sp. signū pnitiosu. 233. 2.
Quart. liberat a ma
gnis morbis 99. 6.
XI. ē et 17 indicatima
ua. 4. apth. c. 71.

Cruditates in uenis
folio. 204:

yd.

Buxus, & brassicae aurem inficiunt: 175. z.

SANGVIS Stilla, una secunda, in acuta febre indicasse elicito. 176. z.

lege p° prerh. c°. 3. c°. 49. g^m i c^{ro}

Humores a membris solidis coequunt, per quae natura protensa e. 63:

Elice sicut i pluris q^3 morbis mo e, mo no e malignitas, ita in febrib. ee posse. 220

Status pestilens describitur. 214.

Pestis et similium febrium cura possit lege fol. 240.1. 224.2:
239.1. item. 240.2

. Cacoethia potest fieri progressu temporis quae prius non erat. 27. fol.

Aeris mutata qualitas solet multoties Epidemicos morbos gignere. Eiusdem vero mutata substantia pestilentes parere solet: quae vocatur παγκοινὴν, et vide fol. 3.2.
et ex Nostrano. Epid: 4.2.

Sanguis missio cur ab Hipp^te ptermissa
138. 2. 253. 2. 193. 208. eius
meminit. 269. et 138. et 139.

Anni constitutio diversa, facit morbos mo
in his, mo in illis criticis diebus iudicari,
2° d. dieb. iudicat. To. 4. fol. 587. B:

Sudores in morbis crudis
cur mali. 55. 1.
Quo morbi diversi fieri cotingant in eade aeris intem
perie, lege folio: 45. 2:

HIPPOCRATIS COI LIBER PRIMVS ET TERTIVS DE MORBIS Epidemijs, id est, vulgaribus, cum Commentarijs Galeni, Hermãno Cruserio Cãpensi interprete.



Venetijs in Officina D. Bernardini.
M D XXXVIII.

Lib^r p^s. et 3^s Epidem. e Hipp^tis.
2^s. et 4^s. 6^s Thessali eius filij:
5^s. et 7^s. spurij. & Hipp^te in-
digni: 6^s 1 initio lib. d.
Dyspnaea: Et jac. syl.
comment. d dijs feb. folio. x.

Figura, seu forma corporis
temperamentu[m] sequit[ur]: 248:

Conualescentia falsa. 167.
& 168 - & inde,

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI, CAROLO DVCI

Gelriæ, & Iuliæ: comiti Zutphaniæ: Domino Groningæ, Drentiæ, & Couerdiæ, Domino suo indulgentissimo, Hermannus Cruserius Campensis.

S. P. D.



Iu apud veteres multumque dubitatum est Serenissime princeps, vtrum præclarius, scientia militaris esset, an studium sapientiæ, quam Philosophiã Græci vocant. Neque hæc ad tempus lis animos torsit partium, sed haud scio an nondum sit decisa. Pugnatur enim vtrinque pro victoria acerrime maxima rationum manu. Quæ propugnant pro rei militaris peritia, hæ sunt copiæ. Nullum vnquam post homines natos tam coactum fuisse imperium ve paruum, quod partum armis non esset. Quod si annales omneis, omnesque antiquitatis ad nostrã vsque memoriam commẽtarios excutiamus: omnia imperia inueniemus ab humilibus in

Dubit^o^:

Rõnes militaris artis.

cunabulis inchoata, vt floret armis, ita ampli ficata esse atq; constituta: tantisper autem suũ gradum tenuisse, dum pace ⁊ otio fractis hasta e manibus sit elapsa. tum alium, vt quisq; armis maxime valeret, in possessionem inuasisse imperij. Neq; necesse est, vt omnium imperiorum repetam originẽ ⁊ exitum: de duabus tantum dicam clarissimis vrbibus, Athenis ⁊ Roma, quarũ longo spatio altera Græcis, altera etiam orbi terræ imperauit. Vtriusq; quidem liuguæ omnia mandata monumenta sunt literarum. Nam cæteris linguis quod proditum habemus, est sane tenue. Hæ dum militiam colerent, nec gustum cepissent literarum nimium, domi florebant iustitia, foris armis. Cum vero amplitudo iis ditionis pacem ⁊ otium confirmasset, tum demũ elisa Martis vi in sinum se Musarum contulerunt. quæ solitudinem quærunt, quietemq; a bellico strepitu remotam. Quamobrem Græcos grauissimi quiq; ex Romanis, vbi in vrbẽ primum venirent, quia desidia literaria eneruarent animos bellicos, sunt insectati. Iam vero quod cum virtute militari maxime facit: Omnes vrbanæ res, omnia etiam studia ⁊ literæ in tutela latent ac præsidio armorum: simul vt tuba bellicum cecinit, artes ilico omnes cõticescunt. Nam disciplinæ nisi stipentur armis, omnium sunt obiectæ prædæ. Hęc rei militaris patroni, aliaq; multa afferunt ita animati, vt prius depugnare pro victoria, atq;

acie decernere, q; ad subsellia cadere causa su
stineant. Partes literariae acie prorsus depre/
cantur congredi, disceptare apud iudicem, quē
facile in sua potestate putant fore, volunt. Si/
quidem arcem caussae suae, ac firmamentum
totum in rationum probabilitate, qua valent
plurimum, collocant. Dicunt autem contra:
Sūmas respublicas viris eruditis semper cre/
ditas fuisse. Ex medio studiorum fonte huma
nae societatis sanctissimū vinculum manas/
se leges, citra q̄s belli p̄mia facillime dilabe/
rent. Arma eripi posse lr̄as nō posse: has solas
beatae vitae eē authores, ornare felices, ꝯsola/
ri miseros, subijcere consilia, detegere fallaci/
as. Imo ita dictitant, bonum imperatorē in/
struere se prope solas. Armis enim detractis,
reliqua sua esse vniuersa: se consilia omnium
rerum subministrare, rationem obeundarum
se incitare militem, componere seditiones,
se denique circumuenire hostem. Postremo
beatam vitam sine sua consuetudine contin/
gere nemini. Atque haec pro se illae dicunt.
Mea vero est sententia. Magnum ducem esse
sine belli artibus & pacis posse neminē. Neq;
quicquam interest, a natura sapientiam acce/
peris, an acquisieris labore. Multi enim fue/
runt viri magni, qui naturae suae dotibus mul
tos antecelluerunt philosophos. Atque Ale/
xander ille Magnus, Scipio Aphricanus, Iu/
lius Caesar, ipse etiam Augustus sine eruditio/
ne certe tanti non essent. Philosophus vero

nisi ex vmbra prodeat in solem: & quæ in la-
tebris addidicit, in puluerem efferat & aciem,
non ego illum magnum virum, sed vix vi-
rum dicam. Hæc ego illustrissime princeps la
tius aliquanto disputaui, quod de te cum cogito,
quod facio sæpissime, longissime ab illorum
sententia dissideam, qui dictitant, quod quisque
est bellicosissimus, tam a disciplinis maxime
abhorrere. Quippe non modo scio, id quod
in me sensi absente, fouere atque amplecti te
literarum studiosos: sed ipsum etiam bonam
partem temporis dicare Philosophiæ: & quod
est magis mirum, inter ipsas tubas & tumul-
tum. Neque enim mihi excidit, quod ex teip-
so audiui aliquãdo: in bello grauissimo, quod
cum Imperatore gessisti postremum, diem
illuxisse nullũ, quin horam impartireris Phi-
losophiæ. Quare res tuas gestas nisi ego tam
magnas esse dicam, vt eas vix mens cuius-
quam aut cogitatio capere possit: nec tantum
esse vllius flumen ingenij, aut dicendi scriben
dique vim & copiam, quæ persequi omneis
possit, amens sim. Apertum est enim, nulliq;
genti obscurum, quod diu Burgundi, quod infeliciter
tecum luctati sint, & tandem quasi in leges re-
dacti tuas. Quam acerbum fuit Galliarum
regi Christianissimo, cum societatem illi re-
nunciares? Ciuitatum potentissimarũ, quæ,
cum te vti amico possent, arma (nescio quo
fato) contra te ceperunt, vires, ita accidisti, vt
recreandi se nulla ipsis spes supersit. Non ap-

pellabo cæteros, ne cuiusquam animum of-
fendam. Hoc dico, numero præliorum, varie
tate hostium, promptitudine consilij, celeri-
tate conficiendi, qui tecũ possit conferri prin-
cipem parium opum esse nostra ætate nemi-
nem. Quæ cum tanta sint, tamen hoc pace di
cam tua, multum facta tua te studio Philoso-
phiæ illustrare. Quod me potissimum induxit,
xit, vt hunc librũ Hippocratis ex media hau-
stum Philosophia tibi principi meo indulgẽ-
tissimo dicarem. Nam nisi immensa tua in
me beneficia, quibus ad literas me primus in
flammasti, agnoscam, quis me non dicat in-
gratissimum? præsertim cum orbis terræ tibi
de Comite Emdensi deiecto gratuletur. Meũ
autem librum hoc tibi putaui gratiorem fo-
re, cumque tua sponte ab arte Medica non sis
alienus, tum quod aeris mutationes, quibus fere
obnoxiæ istæ regiones sunt, complectatur.
Nam si Hippocratis vestigijs insistant, ex tem
pestatis notitia prædicere Medici impẽden-
tes morbos habebunt. Non excidit tibi, ante
triennium quam pestilens sudor istum totum tra
ctum teneret. Quem, cum excælo planissi-
me originem traxerat, omnes ad diuos tamẽ
referebant. Vt ergo tuæ valetudini, tuorumque
sit consultum, mitto ad te, Illustrissime prin-
ceps, hoc munus, quia aliud promere nullum
valeo, veluti gratulatorium. precorque deum,
primum, vt te saluum nobis incolumenque
semper seruet; Deinde vt bellum quod auspi-

cato affectasti, atq; felicissime geris, pari feli-
citate conficias. hoc ego gratius audire nihil
possum. Vale clarissime princeps. Datum
Lutetiæ Cal. Aprilis.

Pestilentes status, ex tot scriptis ab Hipp. duo tm describuntur: vnus qdē lib. 3. fol. 214. ubi dicit, Annus austrinus, ab ipsis ventis in totum siluus:—

Alter Status pestilens ponit' in initio 2i libri. cū dixit, Erat carbunculi in Cranone æstiui, pluebat aestu larga pluuia, etc.

INDEX ALPHABETICVS IN LIBROS DE MORBIS Vulgaribus. In quo per a literam, primam faciem, per b vero, secundam intelligendum est.

INDEX

Humores tenues potius ulcerat, crassi pelle in tumorē attollit 238

INDEX

Intermissio nox accessionem 97. Loquendi consuetudo considerandi 93. Lien dur. 90. De lippitudine 237. 265. Insomnia 94. Ignis fauor 220.

Humor in astate catarrhus sicuti morbu in hyeme 71. 2.

Morbi pessimi qui. 121. b.

INDEX

FINIS.

GALENI IN PRI-
MVM HIPPOCRATIS

De morbis vulgaribus librum Cōmentarius primus, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete.

Principium deſideratur.



Olum in ſingulis tempeſtatibus emergūt, morbos preſciet: atq; victus ratione imoderatis circūfuſi aeris ſtatibus contraria admoliendo, ne exiſtāt, prohibebit. Neq; enim obſcurum eſt, quin ſi cōmoda temperatura primorū eſt ſanitas, eam aeris labefactabit intēperies: conſeruabitur autem a contraria viuendi ratione. Quo fit, vt cū hos Quintus male, tum Aphoriſmorum libros interpretetur, in quibus ad hunc fere modum ſcriptum eſt: De anni tem

poribus. si quidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver vero pluuiosum, & austrinum: æstate febres acutæ, & lippitudines existant necesse est, & dysenteriç. Asserit hoc enim Quintus nulla habita caussæ ratione, sola perspectum esse experientia. Vbi primum in eo offendit: quod illorum, quç hisce in Aphorismis Hippocrates docuit, caussas ipse ille rursus in libro de Aqua, aere, & locis scripserit. Deinde, quod partem vtilem prç teriit doctrinæ. Nam interpretum sunt partes duæ hæ, vt & libri seruēt sensum, & commentariorum suorum lectores, quæ conducunt, doceant. Vtrunq; autem Quintus, dum morbos vigentes cum ambientis nos aeris non coniungit statu, labefactauit. Vult vero hæc Hippocrates coniungi. quando incognito incommodo, quo nostrum corpus aeris afficit intēperies, nequeamus neque prouidere futuros, neque occurrere orientibus, aut qui iam inuaserūt, curare. Quippe cæterorum etiam cunctorum, qui sunt prætermissi, statuum

interpretu munus.

Morbus vigens cū aeris intemperie coniungendus:

hac ratione vim ipſi inueniamus. Quã obrem qui lectionem morborum vulgarium magno ſibi ſtudeat ad artem emolumẽto eſſe, huius magnopere intererit, ante omnia euoluiſſe librum de humana natura, & de Aqua, aere, & locis. Ad hæc eos Aphoriſmos, in quibus egit de anni temporibus, & facultatibus frigidorum, calidorum, ſiccorũ, & humidorũ ſtatuum. Requiritur præterea Præſagiorum lectio. Quæ enim in citatis a nobis libris docuit, hæc doctrina, quã in libris de vulgaribus mor-
1 bis tradit, ſubſequitur. Primum ꝙ calidi, frigidi, ſicci, & humidi ſymmetria pri-
2 morum ſit corporum ſanitas. Alteruȝ, ꝙ ver, dum ſuo temperamento cõſtat, ſit temperatiſſimuȝ: quæ cauſſa eſt, cur in eo abundet ſanguis: ſicut vltra modum calida, & ſicca æſtas, hyems humida & frigida, inæquali autem autũnus temperamento, in quo dominatur ſiccum & frigidum. Et ꝙ ſinguli in illis ſingulis humores vigeát, vt paulo ante dixi. Iam tertium & quartum in illis li-

bris declarata sunt: vulgarium esse caussam morborum aerem, in libro de Natura humana: in Præsagijs signorum, quorũ vestigijs futura præscimus, quæ cuius tum in genere, tum in magnitudine vis. Atque te, quicunq; in præsentem lucubrationem incides, omnia volo, quæ commemoraui, expedita memoria & prompta teneas, vt ea quæ a nobis dicentur, assequi valeas facilius: præ cæteris commentarium de Aquas aere, & locis lectum velim potissimuz: vt cognoscas, quibus hæc libris ipse Hippocrates tradiderit. & nos genera confirmabimus morborum, quos diximus, ab Hippocrate sic distinctorũ: qui morborum quidem vulgarium aerem esse caussam asserit. Cuius in libro de Natura humana hæc sunt verba, Morbi vero fiunt, partim a victu: partim a spiritu, cuius attractione viuim⁹, proueniunt. Vtrosq; hoc modo distingues. Vbi multi vno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, caussam illi attribuere debemus, quod est

maxime commune & quo præcipue omnes vtimur. Id autem eſt, quod reſpirando attrahimus. Tunc enim victum cuiuſque noſtrum nequaquam in cauſſa eſſe manifeſto conſtat, cum morbus omneis iuxta attingit, tam iuuenes, q; ſenes: tam fœminas, q; viros: perinde vinum, ac aquam bibentes, tam qui offam, q; qui panem comedunt, tam qui parum, q; qui multum laborant. Ergo non fuerit victus ratio in cauſſa, cum homines quoquo victu vtentes in eundem incidunt morbum. At vbi diuerſis eodem tempore morbis homines afficiuntur, ſuus cuiq; victus ſine controuerſia cauſſa eſt. His verbis cœlum conſtituit non victum eſſe vulgarium omnium cauſſam morborum. Poteſt tamen interdum efficere morbum vniuerſalem hauſtus aquę infectæ: quod quidem memoriæ proditum eſt in caſtris accidiſſe. Itidem ob loci naturam, vbi cuncti eodem loco caſtrametati; commorabantur. Interim, cum ex barathris Choronij, quos

Loci Na[illegible]

venti Choronij.

vocant, venti ſpirant frequentes. Hi igi-tur, quia aerem contaminant, morbos generant, ac in ſuperiore oratione com-prehendentur. Porro qui a cibo proficiſcuntur, & potu, tum infrequentes, tum cognitu ſunt faciles. Quare in libro de Natura humana cauſſam eius quod multis eſt morbis commune, cõ-muniſſimá appellauit: in libro de Aere, aqua, & locis, qui ſic generãtur morbi, παγκοίνους, hoc eſt, vniuerſales vocauit, adeoq; hæc eius ſunt verba: Annuntiare autem poterit, qui quoq; tempore procedente, & anno vniuerſales morbi ciuitatem tenebunt, ſeu æſtate, ſeu hyeme. Et non multo poſt: Hi morbi ſunt ijs vernaculi: & ſi qui vniuerſalis irruat morbus ex temporum anni conuerſione, ſunt hi illius quoque participes. Et paulo mox: Viris hi morbi peculiares ſunt: & extra ordinẽ, ſi quis dominatur ex immutatione communis morbus. Deinde inferius: Hic illis eſt collactaneus morbus æſtate ſimul & hyeme. At vero nec hoc te velim la-

Morbi a cibo, facilius noscuntur:

tere in ſuperioribus capitibus, qđ item in certis dixit aliis libris Hippocrates: qui perpetuo tenent locum quépiam, qui quidem ἔνδημοι, id eſt, publici vocantur, eos item ex illorum eſſe genere, qui multis communes ſunt, vt peſtis quoque. Nam & hæc in communibus morbis eſt. Quod quidem ipſum ille in libro de Ratione victus in morbis acutis aperte indicauit his verbis: Cum enim nullum commune genus peſtilentis morbi vulgetur, ſed diſperſi, diſſimileſq; inter ſe ſint morbi, hi quam reliqui vniuerſi maiorem multitudinem perimere ſolent. Itaque patet ex vulgarium morborum eſſe genere eos, qui peſſimi ſunt, & peſtilentes appellãtur. Vulgares vero de genere ſunt popularium, & vniuerſalium, qui morbis diſperſis e regione opponuntur. Hæc ille his nomina poſuit. At peſtes appellãt omnes homines, ſciuntq; exitiales morbos eſſe. Et vero etiam ad deos ſæpe referunt, de curatione earum conſulentes. At vero non hoc tantum loco ver-

bum vulgari ſcripſit, ſed in Præſagijs etiam: vbi ait, Morborũ item qui ſemper vulgantur, ortum, ac temporum anni ſtatum ſedulo obſeruare oportet, nec anni temporis ignorare ſtatum. Adeoque in ipſis vulgarium morborum libris interim illum dicere audias: Vulgabantur autem etiam dyſenteriæ æſtate plurimæ. Aliquando vero, alia febrium genera vulgabantur. Etenim alijs etiam morbus vulgaris erat. Hoc nomen ἐπιδήμιον (id eſt, publice graſſans, nos vulgare ſemper appellamus) quibuſdam in exemplaribus ſcriptum quatuor eſt ſyllabis, quarum cõſtat poſtrema ex μ & ο & ν. In alijs quinque: ex μ & ι, & altera ſyllaba, quæ vltima eſt ex ο & ν. Horum oportet ad ea quæ poſt dicentur, meminiſſe. tenendumq; quoſdam morbos inuadere multos in communi, qui ſcilicet communes appellantur: quoſdam ſeparatim quelibet, quos diſperſos nominarunt. Inter communes alij Publici ſunt, quos vocant ἐνδήμους Greci: Alij vulgares, qui

Epidemius morbus.

ab illis tum ἐπιδήμοι, tum ἐπιδήμιος vocantur. tam enim quatuor q̄; sylla-bis quinque, vt diximus, & scribunt & enuntiant. Horum perniciosissimi qui-que pestilentes vocantur, qui perinde ac totum vulgarium morboruȝ genus, ex cœli statu proficiscuntur. Atq; etiaȝ pestilentes nonnullas tempestates de-scripsit: vt eas, de quibus in tertio libro tractatur. eo ꝙ & genere vulgaris est morbus, pestis. Atq; hæc quidem prius explicauisse, q̄; reliqua enarrarem sigil latim, operępretium esse duxi. quo me nunc tandem conuertam, si vnum mo do hoc præmonuerim, id quod in mul tis iam a me libris conscriptis dixi: vbi illos, qui student artem medicam per-discere, vt se in singularibus, quæ sen-su apprehenduntur, exercitent, cohor-tor: vt ea quæ ante didicerunt genera-tim, cognoscant. Quæ quidem singu-laria autumant Empirici vniuersi esse status principium: illaq; tandem asse-runt vera præcepta esse, quæ constituū tur ab experientia. Nobis multo aliter,

adeoque numerosa præcepta inuenta esse ratione videntur: quorum tamen de veritate iudicium facimus, prout stabiliuntur ab experimentis, & fidem accipiunt. Nam sic quidem etsi quæ inuenta ratione ac demonstrata sunt, de eo, quid magnitudine sol à luna distet, ijs credamus: tamen, cuȝ ab sensilibus multis alijs, quæ geometricæ docent rationes, & ab eclipsibus singularibus cõfirmentur, fidem habemus maiorem. Quando igitur ab experimentis singularibus comprobata, quæ per geometriam demonstrantur, accipiunt maiorem fidem, perq; eam fidem stabiliũtur firmius: longe magis, quæ ex medica disciplina sunt in vniuersum inuẽta, singularibus sunt probationibus cõstituenda. Quæ obseruari nos in libris vulgarium morborum docebimus.

Rõne inuenta expictia cõprobata fidẽ hnt maiorem:—

PRIMA TEMPESTAS.

I



N Thaso, autumno, circa æquinoctium, & sub Vergilias, pluuię erant multę, continentes, lenes, ut cum spirat Auster.

THASVS est una ex insulis cycladibus

Ad vulgarium morborum disciplinam, cognitionem loci, infra ostendam, magnopere interesse. Nunc verba ipsa authoris sunt explananda, quæ sic habent: Circa æquinoctium, & sub Vergilias. Nam cū bina æquinoctia, binæ item Vergiliarum sint significationes, vtrum illorum dicat, adiecto sermoni Autumno, significat. fit enim Vere alterum, atq; eius hoc est principium ad nostrum tractū: quemadmodū etiam finitur prorsus sub Vergiliarum ortū. Alterum Autumno æquinoctium fit, ac occasus Vergiliarū, quas appellant Græci tam plurali numero πλειάδας,

Vergiliarum occasus:

quæ singulari πλειάδα. Occidunt autem Vergiliæ ab æquinoctio autũnali diebus circiter quinquagiuta. Neque hoc nos præterit, fieri omnibus eodem tempore in plagis, tum æquinoctia, tũ solstitia: cum exortus siderũ, & obitus varient, ita vt suum quæq; habeat regio. Quippe his tantum, qui sub eodẽ vertice habitant, siderum communes & ortus sunt & occasus. At vocant fere, quod ex multis constat stellis, sidus: verbi gratia, Taurum totum, vel aliquã eius partem, vt Hyadas, aut Vergilias. Est tamen cum singulas stellas, sidera, appellent. At non quod est conflatũ ex multis, stellam id appellant, cæterum semper hoc demũ modo sidus. Vnam vero quamq; solam non tantum stellam, vt dixi, sed & sidus: vt Arcturum, Caniculam, Luciferum, Hesperum. Atq; est ad omnem propositam disputationem cum primis necessariũ, vnaquaq; in regione, vbi obire medicam artem instituimus, cuiusq; perspexisse sideris emersus, occasusque: quia tempora ab

SYDUS

~~SYDERA~~ STELLÆ

Ortus occasus cuiusque syderis

I unaquaq. regione, in q. medica arte exercemus, sunt contemplandi: ad vulgarium

his anni circūſcribuntur. Exempli gratia: Veris in Helleſponti paralello eſt initium, quod id temporis eſt æquinoctium: & finis, Vergiliarum ortus qui dies ad duodecim æquinoctium autumnale antecedit. Iam Vergiliarum occaſus & hyemis principium, & finis eſt autumni. Porro non caret admiratione, & eſt inueſtiganda cauſſa, cur ſit præteritus in ſermone ſtellæ ortus illuſtriſſimæ, quæ in æſtatem incidit, Caniculæ vocitatæ a Latinis, a Græcis σειριϛ. Hunc aliqui, nomine abutentes totius ſideris, Canem etiam nominant; Atqui Cani vniuerſo ſideri eſt nomē: illi vero quæ in eius eſt mandibula, Caniculæ: quā recte Anticanem, non Canem appelles. Cuius quidem ſtellæ ortus oporæ quā vocant eſt principium. Atque in ſeptem tempeſtates qui annum diſtribuunt, æſtatē ad Canis vſq; ex ortum protendunt. Ab hoc ad Arcturi ortum, autumnum. Atque iidem hyemem in treis partes diſſecāt: cuius, ſub ſolſtitium tempus, medium conſti

Anni tpa à syderibus circū scribūtur.

Hyemis princium.

CANICVLA ē stella in canis mādibula: quæ recte dicitur Anticanis, non canis.

morborū cognitionē:

tuunt. De extremis duobus, primá ſe-mentem, poſtremam φυταλιαν, quod eſt inſerendi tempus. Nam hoc illi pa-cto appellant iſta. Et quidem in libro de Septimanis, qui Hippocratis nomẽ præfert, in ſeptem parteis diuiſum an-num inuenias: ita vt autumnus & ver integra conſtent, & indiuulſa: diuidan tur autem in partes treis hyems, & in duas æſtas. Ac eſt illa quidem etiam vtilis partitio, vt in progreſſu ſermonis patebit. vtilis porro & in quatuor tem-pora ſectio, vti & ipſe prius Hippocra-tes docuit, vbi de exuperantia humo-rum, & de morborum generibus agit, & quæ iſta ambo præcedunt, de aeris temperamentis. quorũ differentiæ ſunt quatuor. Etenim vt maxime bifariam, quod intercedit tempus inter Vergilia-rum ortum & Arcturum, diuidas: nihi-lominus omni eſt cõmunis nimia ſic-citas: vt etiaꝫ hyemi immodicus algor, & humiditas, quamuis in treis partes di ducas. Atq; ita temperamenti magnæ differentiæ, quas recte generales appel

Anni in septẽ partes diuisio:

laueris, annum diuidunt in quatuor tempora genere inter se, aut specie differentia, vtcunq; tibi appellare visum sit. At horum si differentias singulas in maius & minus seces, in duas tibi ęstas, in partes treis hyems distribuetur. Quę anni temporum diuisio ex spatio ipsorum efficitur. Est enim inter Vergilias & Arcturũ tempus, mensium quatuor. Plurium etiam quam quatuor, quod inter Vergiliarum occasum & æquinoctium vernum interest. Veris autem tempus, ne habet duos quidem solidos menses: quo factum est, vt iure indiuisum permanserit. Hinc etiam autumni erat tempus, veris maius: quod in menses duos extenditur. hoc tamen magnitudine longe ab æstatis tempore & hyemis vincitur. At mihi hæc semel iam dicta sint: quę ego ad omnia, quæ sub hæc dicemus, memoria velim teneri: quo promptius ad omnium nationum menses, qui alijs alij sunt, transire queas. Nam si ijdem sint apud omneis, nullam Hippocrates faceret, neq;

Tps inter vergilias et arcturũ sut mensium quatuor

Arcturi, neque Vergiliarum, neq; Canis: nullam etiam aut ęquinoctiorum, aut solstitiorum mentionem, sed tantum diceret, In Macedonia, verbi gratia, initio mẽsis quẽ Macedones Dion appellant, eiuscemodi fuisse statum intemperamento aeris. Nunc quia Dion solis est Macedonibus clarum, contra obscurũ Atheniensibus cæterisq; mortalibus: volebat autem omnibus nationibus iuxta prodesse Hippocrates: non potuit melius, q̃; neglectis mensibus, solum scribere æquinoctium. Est enim æquinoctium, vniuersale: at mẽses, singulis gẽtibus sui. Qui ergo Astronomiæ imperitus est, hunc celatum nolim, ipsum haudquaquã obsequi Hippocrati, ad illam ob prædictorũ vsum cohortãti. At quia esse humanitatis videtur, vel istis pręsto esse, faciã, vt, quãtum res facultatis est habitura, pręscribã auxilium: cui si attendere animum velint, ex cunctis quæ refert Hippocrates, fructum capiẽt. Age diuidatur in quatuor tempora annus pro æquinoctio-

rum

Anni in quatuor tpa diuisio, per aequinoctia, ad solstitia —

rum & ſolſtitioruȝ ratione, ſi hic ſemel virum rogaueris verſatum in Aſtronomia, quatuor hœ parteis quoſnam in menſes incidant: mox his perceptis poteris, vbi de reliquis ſingulorum ſiderum ſignificationibus ſermo ſit, aſſeq. Vt (verbi gratia) ſi iam cognoſcas in principium menſis Dij autumnale incidere æquinoctium, videbis ſolſtitiũ brumale fore ab hinc menſes fere treis, initio menſis καθ' ἑαυτὸ ὑπερατος appellati. nam hoc nomine denotatur apud Macedonas. Vernum æquinoctium principio Artemiſij, ſic æſtiuuȝ ſolſtitium initio Loi. Nam in pricipiis menſium, quorum meminimus, æquinoctia & ſolſtitia fiunt apud Macedonas, qui iſto pacto & numerant & appellant menſes. Hæc ſi perceperis, ac inſuper ante autumnale æquinoctiuȝ duodecim fere diebus oriri Arcturum didiceris: Vergilias vero occidere poſt dies circiter quinquaginta, ſcies quoto menſis cuiuſq; anni die vtrunq; ſidus exoriatur. Obſeruabis etiam, ſi ſequi

Menses quo subducendi; Hippocratem velis, quæ acciderit aeri temperamenti mutatio. Cęterum non sunt pro lunæ ratione menses subducendi, quod multis iam Græciæ ciuitatibus est solenne: sed pro ratione Solis apud omneis vrbes antiquiores: & Anni sm Romanos diuisio nationes complures numerantur. Et Romani vniuersum annum in menses duodecim dispertiunt, quorum est februar. vnus duodetriginta dierum; quem a solstitio brumali numerant alterum. januar. Ipse vero primus post solstitium, quez totius faciunt anni primum, vnum su Mart. pra triginta assumit. Itidez tertius post solstitium: nam & hic dierum est trigi Apr. ta vnius. Quartus triginta diebus con Maius. stat. Quintus præter triginta conti junius. net vnum. Sextus triginta dies habet. Jul. Aug. Qui sextum sequuntur duo, triginta sunt & vnius dierum. Qui hos exci Sept. pit, triginta dierum est. Huic proxi Octob. mus vnius est & triginta, qui numero decimus est totius anni. Triginta est Nouemb. dierum vndecimus. Duodecimus vni Decemb. us supra triginta. Quod si cuncto-

rum mensium dies in summam subducas, omnes sint quinque supra trecentos sexaginta. Iam si in hunc modum quatuor annos supputaueris, anno quarto tertium mēsem triginta duorum dierum faciunt: vt singuli anni tricenum sexagenum sint dierum, prȩterq; quadrantis. Vt vero Palæstini cō putant, duodecim menses efficiunt dies numero trecenos qnquagenos quaternos. Nam quando tempus a Lunæ cum Sole coniunctione vsq; ad aliam quamuis coniunctionem supra dies viginti nouem, alium præterea diem dimidium assumit: idcirco duos menses continentes quinquaginta nouem dies, in parteis diuidunt inæquales, atq; alterum dierum triginta faciunt, alterum viginti nouem. Quare quibus hæc est ratio mensium, aliquem facere intercalarem coguntur, vt primum præteritorum annorum reliqua cumulentur & tempus fiat vnius mensis. Nam quando menses sunt intercalares intercalandi, scriptum relique-

Annus dies habet 365.

runt cum alij Astronomi, tum Hippar chus. Quare apud illos, qui menses hoc pacto numerant, non est dies con stituere, quibus æquinoctia & solstitia fiant, & oriantur illustria sidera. Apud eos, qui ad solem rationem ineunt, sta tuas: id quod a Romanis dixi, & Ma- cedonibus, nostratibusq; Asiaticis, & vero etiam alijs nationibus obseruari non paucis. Itaq; quando hæc per- curri omni disputationi sequenti com munia, referam me ad institutam ora- tionem, vbi aeris statum, qui in Thaso accidit, auspicans ait: (Autumno, cir- ca ęquinoctium, & sub Vergilias mul tum pluisse.) Nam cum autumnus ad æquinoctium processisset, & sit duorũ mensium, non sub initium statim iste status cœpit, sed circa æquinoctium exortus est, pertinuitq; ad Vergiliarũ vsq; occasum, dies circiter quinquagin ta. (In Thaso, autumno.) De quinti sententia nihil regio plane quicquam adfert indicij ad morbos præsagiẽdos, neq; possunt futuri præsciri vlla ratio-

ne: cæterum hoc tantum, incidisse mor
bos aliquos infecto natiuo temporũ
anni temperamento. Interdum au-
tem eorum ait formam non via & ar-
te rationali, cæterum notam sola es-
se experientia. Et vero etiam intem-
perierum commissuras, quas συνδρο
μας, hoc est, concursus appellant me-
dici Empirici Aphorismos enarrantes,
certorum morborũ esse inuentas caus-
sas, experimentis referebant esse com-
pertum. Exempli gratia. Cum hyems
sicca & aquilonia fuerit: ver autem
pluuium & austrinum, æstate existẽt
febres acutæ, lippitudines, & dissen-
teriæ. Et iterum: Hyems si pluuiosa
& austrina fuerit, serenaque: Ver au-
tem aridum & brumale: mulieres, qui
bus instat in vere partus, ex qualibet
occasione abortiunt. Et cætera, quæ
his subiunxit, vbi quatuor tantum dif
ferentias tempestatum scripsit, cum p
multæ sint. Quod attendere Quin-
tus debebat, ac deinde animum inten
dere, ac perquirere, primum quidem

lib. 3. aphorismo. xj

aph. xij

quod ad anni tempora attinet, de n̄a tura deflectẽtia: Deinde vbi eſſe exploraueris plurima, omnium indagare numerum. Sub hæc conſiderare, quid ſolorum quatuor Hippocrates meminerit. quæ ſimul ac inuenta ſint, viam perquirere atq; rationem, cuius præſidio omnium aliorum vim tempeſtatum poterimus cognoſcere. Siquidem hic deniq; ſolus, ad ea quæ exoriuntur, & morbos impendentes præſagiendos erit accommodus, imo occurrendi etiam, quoad eius fieri poterit, ne quid in eos incurrat, huic facultates ſoli dabuntur, qui via commemorata inſiſtat. Aut ſi hoc per cauſſæ magnitudinem non poterit, vt his quidem certe maxime remiſſis afficiatur. Nam facilius inuenturum ſane morborum curationem eum, qui ad hæc, quorum eſt a nobis facta mentio, mentem exercitauerit: quam illos, qui nihil ante ſunt meditati, neminem eſſe, vel de plebe arbitror, quem iſtud fugiat, nedum probe inſtitutos. Nam

Qui tempore intempius nouerit
[illegible] morbi generat, vix faci-
lius curationem inueniet:

quod plures ipſe Hippocrates cognoſceret, quam quatuor, quas in Aphoriſmis deſcripſit, tempeſtates ex his ipſis libris, quos enarrare hic inſtituimus; ſatis conſtabit. in quorum primo primũ deſcripſit ſtatum, de quo dicit ad exitum, Cum eſſet autem totus hic ſtatus auſtrinus, & ſqualidus. Alterũ, vbi itẽ ait: Cum totus eſſet frigidus annus: & humidus, aquiloniuſq;. Tertium inæqualem & varium, qui paulo ante Arcturum cœpit, fuitq; frigidus & humidus: deinde ab æquinoctio autumnali ad Vergiliarum occaſũ omnino auſtrinus, vna cum immodicis humiditatibus: Poſtea frigidus & ſiccus ſimul cũ ventis aquilonijs maximis per totam prope hyemem: De hinc affatim magni vſq; ad Arcturum æſtus, ſub quẽ imbres auſtrini vſq; ad æquinoctium. Hæc quanquam tempeſtas inæqualis eſſet, attamen frigus & ſiccitas in ea dominabantur. Statum præterea ſcripſit in horum librorum tertio, quem poſtea in vnum caput reduxit, his ver

» bis, Annus austrinus, pluuius, a ventis in totum silens. Iam alium statum initio secundi scripsit ad hunc modum, » Erant Cranone carbunculi æstiui, plu» erat per æstum largo imbri, idque assi» due. Acciderant autem magis Austro spirante. Nam hic vt est calidissimus & modice humidus, in vno scilicet anni tempore, quo accidit, æstate: ita ille, de quo in tertio libro agitur, per totum annum. Iam vero sunt alij status proditi in morborum vulgarium libris, de quibus in Aphorismis verbum nullũ fecit. Cætrum quatuor illos (quos scilicet alijs frequentiores intellexit, ita vt essent exemplum, adiunctos cum caussæ declaratione, quam in libro de Aqua, aere, & locis expedit) in Aphorismis tradere voluit. Quinetiam si vel præteriret prorsus caussarum declarationem, liceret inuenire nobis eam ex ijs, quæ in Aphorismis tradidit, quæ viro sunt satis rationem meditato ad ante dicta inuenienda. Neque enim hoc te velim ignorare, id quod tametsi

Auster.

frequenter multiſque locis abunde oſtendimus, nihilominus nũc dicemus, quatenus eius meminiſſe res poſtulat. Singulæ in omnibus artibus compoſitiones medicamentorum ſimplicium, quia tantus eſt numerus, experimentis cognoſci non valent: ſed omnium harum vna eſt via inueniendi, eaq; per ſua cuiuſq; elementa, vti fit in Grãmatica. Proinde & quæ ſtatuum elementa ſint, ab ipſa rei ingreſſi eſſentia, contemplemur: vt in libris de demonſtratione didicimus. Quare ſermonem a capite arceſſemus, exponemuſq; tibi ordine omnia, re prætermiſſa nulla. Humiditate, calore, frigore, & ſiccitate tempora anni mutuo diſtant. Nam hyems quidem humiditate aliis, frigoreq; præſtat: æſtas item calore, ac ſiccitate: ver plane in medio eſt vtriuſq;. Nam in vtraq; oppoſitione neutrum alteri illic, præſtat, neq; ſicco humidum, neq; calido frigidum: verum eſt quaſi ambarum æquilibrium oppoſitionum, æquabilitaſq; ho-

Autumni inæqualitas

rarum omnium totius prope diei & noctis, atq; nulla in illis fit magna immutatio, aut exuperantia, cuiuſcemodi conſpicias in Autumno. Hic enim de matutino frigus viget, circa Meridiem magnus æſtus, qui rurſus ad crepuſculum veſpertinum tranſit in algorem: dominatur tamen in eo ſiccum humido & frigidum calido. Habes tẽporum anni temperamentum: quorũ fere mutatio fit paulatim, vt a nemine toto tempore ſentiatur. Sin confertiȝ, ſentiatur: non tamen affatim aut immoderate in humidorum temporum, aut naturalium mutationibus. Igitur oriente Arcturo pluit fere, ſimulq; ſpirant venti frigidi: quod tum autumni eſt principium, tum finis æſtatis. Dein de tempore ſequente paulatim, ita vt non percipiatur, fit mutatio in frigidũ, quam viciſſitudinem facit Vergiliaruȝ occaſus ſenſibilem. De hinc vndequaq; ſimiliter ad æquinoctium vernale venit, ac interiȝ par fit acceſſio vſq; ad Vergiliarum ortum. Sæpius vero etiaȝ

Oritur autem Arcturus duodecim fere dierum spatio ante æquinoctium autumnale: [illegible] sup. fol. 9. a.

manifeſta quædam ſub tempus æqui-
noctij, at moderata tamen. Iam ab or-
tu Vergiliarum augetur calidum & ſic
cum vſq; ad Canis ortum modice & pe
detentim. Qui vbi adſit, aliquantiſper
regnabunt auſtri. Mox ſuccedent plu-
uiæ tātæ, quantæ ſpirent. Eteſiæ ad or
tū vſq; Arcturi. Itaq; experimētis & ra
tione didicimus, vbi in hunc modū an
ni tempora procedant, & in ſe mutuo
conuertantur, non exiſtere neq; peſtē
vllam, neq; quēquam alium morbū
vulgarem, ſed ſolos diſperſos, quos vo
cat, morbos, qui victus comites ſunt.
At quia ſingulis anni tpibus ſinguli vi
gent humores (vt ab illo accepimus)
hyeme pituita, ſanguis vere, æſtate bi-
lis, autūno bilis acida: ideo fit, ut q pra
ua vtunt ratione victus, nō ijdē eos tē
tent oi tpe morbi: ſed vti ipſe docuit:
Vere melācholiæ, inſaniæ, morbi comi
tiales, & ſanguinis pfluuia, alijq; mor-
bi: quos ſm hos recenſet. Aeſtate alij,
aliiq; autūno. Itē alij hyeme: q ex of-
fenſione quidem in ratione victus pfi

ciſcuntur, cæterum immutantur eorũ formæ pro anni tempore, ætate, & natura. Nam quia pro naturis & ętatibus tum corporum alterantur temperamẽta', tum humorum exuperantiæ diſſident: proinde pro harum etiam ratione commutatur nunc ſpecies morborum. Ac de differentiis, quæ inſunt in ætatibus in hunc modum ſcripſit, In
aph. xx. ætatibus autem exercent paruos pue-
iiij. lib. 3. ros, & infantes oris vlcera, quæ aphthæ vocantur, & vomitiones, & reliqua quę ſubiunxit his per omnem ætatem. De naturis hoc pacto, Inter naturas, hæ
aph. 2. ad æſtatem, illæ ad hyemem bene, aut male comparatæ ſunt. Quo fit, vt obtineat parem vim laborantis corpus ad concitandam cauſam; ac aer: quæ vbi ambo coeant, acquiſitium efficiunt temperamentum, cuius comes eſt vulgarium morborum ortus. Iam ſi videamus, quid in corpus humanum calor poſſit aeris, quid autem frigus, ſiccitas, & humiditas: videamus item ipſam patientem materiam, qualis ſit:

facile iam ſit inuenire, & præſentire futuros morbos. imo vero ante hæc etiã illud recte dictum cognoſcemus, In apho. viij
„ conſtantibus temporibus, cum tempe
„ ſtiue tempeſtiua proueniunt, morbi
„ conſtantes & boni iudicij fiunt. Itaq; quænam ſint qualitatum earum facultates, quarum meminimus, humiditatis, ſiccitatis, caloris frigoriſq;, audiamus ipſum Hippocratem in Aphoriſ
„ mis, dicentem, Ex anni autem tempe- apho. xv.
„ ſtatibus in vniuerſum ſiccitates imbri-
„ bus ſunt ſalubriores, & minus letales.
„ Morbi autem in imbribus magna ex apho. xvj
„ parte ſunt febres longæ, alui proflu-
„ uia, putredines, morbi comitiales, apo
„ plexiæ, & anginæ. In ſiccitatibus ve-
„ ro tapidę lippitudines, articulorum do
„ lores, ſtranguriæ. Hæc ille de productis in longum ſpatium tempeſtatibus retulit. Atq; vt hic de differentia humiditatis & ſiccitatis docuit: ſic quæ caloris ſit & frigoris differentia, ibi tradit, vbi de Aquilonijs & Auſtrinis ſcripſit ſtatibus. Nam in noſtro tractu

Aquilo frigidus eſt, feruens auſter: niſi forte, id quod rarum eſt, ineunte vere frigidus ſit, aut alio quopiam anni tempore aliquantiſper hic ſpiret. atqui ne tum quidem eſt Aquilone frigidior. Quare attende ſequentia, vt ſcripſit de his in Aphoriſmis, ſic orſus,

aph. 6 v. Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes. quando huiuſmodi tempeſtas dominetur, eiuſcemodi vigent morbi. At ſi Aquilonia fuerit, tuſſis ex faucibus, alui duræ, difficultates vrinæ cum horrore, laterum dolores & pectoris. quando hæc tempeſtas dominetur, talia in morbis expectanda ſunt. Habes quæ de vehementibus Auſtralibus & Aquilonijs ſtatibus, qui multo tempore durant, ab eo dicta ſunt. Oſtendit enim per verbum dominari, nomina hęc nõ eſſe eius, qui vere aut modico tempore ſpirat: nec ei, qui pluribus quidem diebus: ſed imbecillus eſt, hoc ſe nomẽ tribuere. Iam de temporarijs Auſtrinis & Aquilonijs ventis accipe, quę dicat;

Temporariæ autem tempestates; aqui aph.o xvij
lonię quidem corpora densant, conten
dunt, roborant, & reddunt coloratiora,
auditum iuuant, aluos exiccát, oculos
mordent, & si pectus dolor aliquis ob-
sederit, eum augent. Austrinæ remittút
corpora, & humectant, auditum obtū-
dunt, caput grauant, & vertigines creát
ijs qui ex oculis laborant, corpus torpi
dum efficiunt, & aluos lubricant. Por-
ro prodita sunt ab eo in Aphorismis &
alia, de natura temporum, & conuer-
sione inter se subita: quorum singula
suo loco citabimus. Hic sat erit, si didi-
cerimus prima rudimenta statuum vir
tutis ab ipso esse Hippocrate prodita.
Quorum vestigijs in quibusuis, qui in
ciderint, statibus nos via oportet & or-
dine progressos inuenire, cuiusmodi i-
pendent morbi, & quemadmoduz eis
sit occurrendum, aut si iam inuaserint,
qua ratione curandi. Hic scilicet huius
est commentationis maximus fructus.
At in elementis horum locus est eti-
am, qui etiaz ad prouidendos morbos

nonnihil annuntiat: vt itez natura vniuscuiusq;, ætas, vitæ sors, victus ratio. Ostensum autem ab eo est dilucide in libro de Aqua, aere, & locis, qui cuiq; regioni frequentes sint morbi. Poteris itaq;, hinc, quam ob rem aeris nimium frigidus, & humidus status morbos, prout postulat ipsius natura, ab eo ostensos pariturus est, simile iudicium sumere a loco, ac ab ætate, natura, vitæ institutis, & victus tota ratione. Etenim qui & natura sunt frigidi, & humidi, & externis circunstantijs, facilius morbis, quos humidus & frigidus status parit, cedent: contrarii, ægrius. Si igitur plaga humida & frigida per se talem statum habeat, morbi generabuntur facile ei statui familiares, faciente ad hoc etiam plaga. Itidem totus interim calidior fiat & humidior status, qualem in secundo de vulgaribus morbis libro descripsit in principio. Pluebat, inquit, per æstum largo imbri assidue. Interest etenim ad dictorum putridorum generationem

morborum

morborũ aliquãtulum ipſe locus; præ ſertim ſi vtrinq; intemperatus ſit, calidior ſcilicet, & humidior. refert etiam, ſi alterutra parte intẽperatus ſit, vti Cranon, in loco concauo ſita & meridionali: Vnde maxime morbis putridis vt carbunculis infeſtata eſt, atque præter cætera incommoda, auerſa eſt etiã a ventis aquilonis, ventorum ſubiecta tranquillitatibus, quas νηνεμίας appellant Græci. Atq; Cranon huiuſcemodi eſt. Thaſus aliter comparata eſt. expoſita eſt enim ventis aquilonijs & frigidis, Thraciæ ex aduerſo. Vnde cum ad auſtrina ſpectaret totus ſtatus, adiũctoſq; haberet ſqualores, ſua ſpõte quidem reſiſtebat ſtatui locus hic. qui certe ſi meridionalis & in cõualli eſſet, peſtilentiſſimus ei fuiſſet hic ſtatus. Pluuiæ erant multæ, cõtinentes, lenes. Tribus modis pluuiæ multæ fiunt. Interim ob ipſum imbrem confertim decidentem: interim diuturnitate temporis, licet guttatim tantũ ſingulis diebus decidat. Interdum ambobus coniun-

Cranonis situs.

Thasi situs.

Pluuiæ tripl[iciter] fiunt multæ:

ctis. Quorum habes omnium in libris de morbis vulgaribus scripta exempla. Primi modi statū, quem auspicatur in hunc modū, in Thaso ante Arcturum pluuiæ erant multæ. Significat eni has fuisse magnas multitudo pluuiæ cōfertæ. Alterius modi exemplum id est, qđ modo est dictum: Pluuiæ multæ, cōtinentes, lenes. Nam aquæ erat collecta multitudo, propterea ꝙ longo tēpore perpetua pluuia esset, & nō prorsus larga vno tempore. Tertij modi exemplū est, quod initio libri secūdi de vulgaribus morbis proditum est. Pluebat per ęstum largo imbri assidue. Largum.n. cum superiore modo ↄuenit: Assiduæ cum secundo. Sed illos status alias explicabimus, suo vtrūq; loco. Is vero, de quo sermone; instituimus, qui incidit intra æquinoctium autumnale & hyemis principium, imbrem quādiu vigeret, lenem habuit: vt est ab eo dictum: quod oppositum est his, confertim, large, vehementer.

Hyems austrina.

Non se latuisse finem esse Autumni Vergiliarum occasum, quem nomine breui Vergilias appellat, non obscure indicauit. Nam postquã ante dixisset, circa æquinoctium, addidit, & sub Vergilias: scripsitq; deinde, hyems austrina. quasi nullum intercesserit peculiarem requirens declarationem tempus, sed coniuncta sit cum Vergiliarum facultate hyems.

3

Parui venti aquilonii.

Paruos, inquit, ventos fuisse hyeme. q; si in natura sua hyems cõstitisset, omnino fuissent magni. Atque ijs hoc duplici nomine accidat. vti & nunc parui videantur fuisse, cum sua ipsorum magnitudine, tum tẽporis prolixitate. Spirarunt enim diebus paucis aquiloni, atque hi non vehemẽtes. cum habere hyems magnum aquilonem, & longo soleat tempore.

4

Squalores.

Tempestatem iusto sicciorem appellauit parum vsitate squalorẽ: cum so-

occasus vergilia- ... hyemis ini- tium:

magnu ...

Aqlo solet ēē magnus sed nō ualde vehemẽs in hyeme.

ſeamus nos non ſimpliciter ſicciorem, ſed extreme ſiccū ita nominare. Qui autem fieri potuit, aut cui probatur eo ſiccitatis deueniſſe hyemē, vt iuxta ac æſtas ſqualidam terrā redderet? Neq; enim eiuſcemodi fiat in vere ſtatus, cui nunc fuiſſe adſimilem omni ex parte hyemem dicit.

ut hyeme 1573.

5

Omnino ſimilis veris hyems fuit.

Sicciorem quidē, q̄; eius natura po ſtularet, hyemem ait fuiſſe, non tamen æque ſiccam atq; æſtatem. Itaq; ſqualorem, quē eſſe nuper diximus improprie vſurpatū, accipere par eſt non abſolute hoc loco eſſe ab eo dictum, ſed ad aliquid: ſicut formicam magnā aut montem minutū. Nam vt hyems erat in præſenti, non ſimpliciter ſqualida. Quemadmodum nec magna formica eſt magna ſimpliciter, ſed vt magna formica, quæ ſane paruo etiā eſt monte minor. necnon hyems ſqualida eſt humidior æſtate. Sicut hyemem præſentem comparādo ait: Omnino ſimi-

sis veris hyems fuit. 6

Ver austrinum, frigidum, parũ pluit.

Videtur quidẽ dixisse ver austrinũ, non quin omnino in eo fuerint venti aquilonij: sed ꝙ paucissimi initio, atq; adeo pauci, vt temporis illius statũ totum austrinũ appellaret. 7

Aestas fere tota erat nubilosa, nihil pluit: Etesiæ paucæ, paruę sparsim spirarunt.

Siquis, quæ dixit de æstate, omnia colligat, dicat etiam hanc austrinā simul ac squalidam fuisse. 8

Cum esset autem totus hic status austrinus & squalidus.

Non quin aliquãdo pluerit toto anno, ita dixit squalidum, sed ꝙ q̃ parcissime. Nam dempto primo tempore ab æquinoctio autumnali, vsq; ad Vergilias, quicquid successit tẽporis, satis caruit imbribus. At ἀγωγὴν Hippocrates aeris appellat statum. Quare si ve-

Aer nos alterat: rum est cuz aere simul alterari anima-
lium corpora: per imbres fient humi-
diora, per squalores ficciora. Et cum vi
gent calores, caput erit firmū: cum fri-
gora, erit ipsum quidem leuissimū: cæ-
Aere in fri- terum thorax & pulmo laborabunt.
gido quat- Vnde quæ corpora cōmemorato sta-
tui, qui propositus nobis est, mediam
ns laborat: obtinenti naturā inter serenum omni-
noq; clarum, & pluuiosum, assimilan-
tur, medium statum habebunt tempe-
ramenti: quem mihi nebulosum da, vt
appellem. Nam hoc aeris statu, consti-
tutoq; simul alterari corpora nostra, at-
que assimilari huic, quo euadat sermo
clarior, nihil fuerit caussæ, quin statum
in iis genitum appellem veluti nebulo
sum quendam. Vt igitur cum hyems
suum seruet temperamentum, non po
test non generari humor frigidus & hu
midus, pituita: æstate contra calidus &
siccus, palida videlicet bilis. Ita cuz nu-
bilus sit aer, aliquis dominatur humor,
in pituitosis quidem naturis nebulosa
ac nubilosa, vt ita dicam, pituita: in bi-

Bilis / Pituita } Nebulosa,

S. Spus innatus quo nebulosus reddatur:

siosis vero nebulosa ac nubilosa bilis. Etenim semper aliquis e corpore nostro vapor emanat: sed in siccis statib⁹ plurimus, in humidis paucissim⁹. Atq; cuz in corpore hic aceruatus sit, similẽ reddit nebulæ, & caliginis innatũ nobis spiritũ. Aemulatur enim in ambiente animãtes aere spiritũ exhalatio. Vnde nec hic dubitemus dicere, in eiuscemodi statu generari insitum nobis spiritũ. Atqui vbi eodem tẽpore duo hi affectus aut nebulæ, aut caligini accidũt, vt & attollatur, & stipetur, alba efficit nubes: nã quando plane vacat humiditate aer aquilonius, nequeat cõstitui vnq; nubes. Efficitur ea aut splendida aut atra, caussa raritatis vel spissitudis. Ac rarescens nubes in se solis lucẽ suscipit, quo fit, vt splendescat, illustrante videlicet eã solis splendore: quale in corporibus pellucidis cernas. At si cõstringatur nubes cõdenseturq;: quia nullus est solis luci trãsitus, atra merito hæc apparet: nõ aliter ac nocte ipse aer destitutus lumine solari. Sane videt manife

In siccis statibus ptis vapor in humidis paucissimus vaporat,

Splendida ac atra nubis causa:

ſte in terram ſubinde nebula decidere, qui ros appellatur. Interim ſupera petere planeq; nubes fieri vel cãdida vel atra. Candida, vbi intra ſe totã radios admittat ſolares. Atra vero, cũ eos plane excludat. Medios inter hos colores nubes pro quãtitate ſplendoris, qui ipſis admiſcetur, accipiũt. Sed videbitur forſitan hic ſibi ſermo minus conſtare, eleuari in altum dicens humorẽ & conſpiſſari. Suſtolli enim caloris opus eſt: frigoris cõſpiſſari: non poteſt porro idẽ ſimul eſſe & calidum & frigidum. Sed ſi ipſum animaduertas, qui ſupera petit, vaporem eſſe calidũ, atq; eius gratia in ſublime ſubuehi: frigidum autẽ eſſe aerem, qui vaporẽ excipit, deſines dubitare, qui fiat, vt ſimul & ſurſum feratur & conſtipetur. Nam vt ſuſtollatur, ſua ſponte habet: vt cogatur ac cõſtringatur, per excipientem aerem: qui quo erit frigidior, hoc aſcendentem nebulam cõſpiſſabit magis ac coget. Vbi itaq; nec calfacit magnopere aer, nec perinde refrigerat, eleuata nebula ne-

obiectio

Respons.

ceſſario in eo cōmorabitur talis, qualis erat a primo: euadetq; plane per ſe candida nubes, vbi a ſolis cieatur ſplendore: media vero inter albam & nigram, quando eam ſol non vndequaq; irradiat. Proinde noli mirari, qua de cauſſa animantium corpora huius aliquando cœli ſimilem habeant intus ſtatū: quin potius crede dicenti Hippocrati, Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluētes. Perſequitur enim his verbis corporis vitia, quibus eſt obnoxius in auſtrinis ſtatibus. Vnde vt hæc caput grauantes, diſſoluentes, & pigri ad ea, quæ ab Auſtro parātur in corporibus noſtris, plane referūtur: Ita eſt cenſendū, caliginoſum eſſe dictū, vt indicet, quæ ab illo in nobis coaceruat, caliginē, & nō aeris. 9

lib. 3. aph. 5.

CALIGINOSUS quo dicatur Auster:

Ante ver ex priore cælo, quod huic aduerſarium fuerat, aquiloniumq;, paucos ardentes febres corripuerunt, eosq; admodū ſtabiles, paucisq; ſanguis profluxit, nec ex his peribant.

Non fuisse aquiloniam tempestatē ante ver diuturnam hinc constat, ꝙ nuper totum temperamentum vocauerit austrinum: non ita dicturus, si multos dies Aquilo spirasset. Attamē cum aer fuisset vel paucis diebus aqlonius, corripuerunt paucos morbi ardentes, atq; hi admodum leues, & qui statim consisterent. Ait enim, eosq; admoduz stabiles. Scribunt aũt alij πάνυ εὐσταθῆ alij Ionice εὐσταθέα in æquali tenore & nullo periculo coniuncti. Ad hæc paucos ait narium profluuium habuisse: quod vehementibus erat febribus ardentibus peculiare: vt etiam delirare, & mori. At ista iis, quæ tum vigebant, non erant adiuncta, sed cum moderatissimæ fuerũt, tum minime multos inuaserunt: ꝙ vehemens & quasi germana ardens febris a flaua bile, quã quidem etiam pallidã vocant, fit oriunda. Hanc, vt in proposita tẽpestate ostendebamus, superiori æstate tantũ habebant, qui natura erant biliosa: eãq; nõ multã, nec postea: eo ꝙ cum humidus

Sang. narium profluuiũ feb. ard. peculiare.

ante dictus esset status, et atq; etiã caliginosior ac nebulosior euaderet. Optimo ergo iure pauci in ardentẽ febrem inciderunt, qui perquam essent biliosi: neq; tamen hi in exquisitã neq; vehementem, sed lenem, ac discussu facilez. Itaq; quos corripuit, hac de caussa corripuit. Sane enim præcesserat æstas autumnum, quæ secundũ naturam cõparata fuerat. Orditur enim Hippocrates enarrare tẽpestates inde, vbi de natura sua primum aer deflexerit. Sed necessario per æstatem naturalez aceruabatur multuz biliosis plenior hic succus. Vñ qui succedebat status per totã hyemez vsq; ad ver, hunc humorem nec auxit: Quippe quæ calida nõ essent magnopere aut sicca, vt æstas: nec imminuit etiã: neq;.n. satis erat frigida: vt quæ in statu est naturali hyems. At nec per halitũ digessit: Nam non erat exacte sicca. Restat igitur integrũ illum permansisse, ac formam sibi quasi caliginosam cõparasse atq; nebulosam, propter modicã aeris humiditatẽ & calorez qui cũ

De minera feb. ard. ubi sit: lege 50. a. lege infra 76. 6. & 231. a. & eam lege fol. 78. 2 or 74:

vapore coaluerat. Verum ante ver, cum subito præter morem Aquilo spirasset, isq; in interiores corporis partes impulisset humores, tenuissimus primus fluebat, itaq; febrē ardentem induxit. Neq; enim in quibuslibet corriuatus partibus corporis, febrem potest humor hic excitare ardentem, verum circa ventriculum & huius præcipue os, circaq; iecinoris parteis simas. Itemq; non prorũpebat sanguis. Sane propriũ est, si quid aliud, synceris febribus ardentibus per sanguinis eruptionem iudicari. Appellat autem Hippocrates profluuiũ sanguinis, non adiecto, ex quo vacuatur sanguis, membro, id quod ex naribus fit. Atqui nihil habet admirationis, si recludantur & dirũpantur huius regionis venæ a sanguine, qui sursum incitatus calore effertur, a quo nō pōt nō inflari, ac tum reserari venæ ac rumpi ob spiritus copiam, qui dirumpit vel vtres ac dolia, cum in musto feruescente accumulatur. Cæterum hoc symptoma præsentes febres ardenteis non est co-

Spiritus copia ... rumpit dolia

Jo. V. d lo. aff: c. vj. dicit ard. feb. aduenire iecore, aut uetriculo, atq pulmone i[n]flamatis quemadmodu ubi biliosi succi ad imoderatu feruore in universo corp. proueniunt.

mitatum: ꝙ essent, vt est dictum, moderatæ. 10

Tubercula uero multis secundũ alterutrã aurem, plurimis secundũ utrãq; extiterunt, febre carebant, erant recti. Nonnullis parũ accendebantur, sed extincta omnibus sunt citra incommodũ, neminiq; suppurarunt cuiquam: uti solent, quæ aliis ex occasionibus extuberant. Erat eorũ hæc natura: laxa erant, magna, liquida, citra phlegmonem, atq; dolorem, obscure o͞ibus euanescæbant.

Omnia quæ dicta sunt, ob dominantem acciderunt caliginosam materiam, a qua alia solent cum pituita existere, alia cũ flaua bile, vt sacro igni obnoxia. Nõnulla cum sanguine, inflammata, quæ tamen omnia resident facile. ꝙ prompte eiuscemodi materia digeratur. E diuerso quæ crasso cõstant & lento humore, ægre discutiuntur. Porro quæ acciderunt in tempestate præ-

ſenti,laxa erant,id eſt,mollia,& digitis
cedentia,& quæ ad eorum impreſſio-
nem cauabantur. Citra phlegmonem,
hoc eſt,citra inflãmationem. Citra itez
dolorem: ꝙ vtroq; ſcilicet,quod dolo-
rem parit,vacarent: quæ ſunt corporuz
contentio,& intemperies magna. Con
tentio fit ob craſſos humores,& gluti-
noſos, adeo partibus impactos affli-
ctis,vt reſolui citra negotiũ nequeant.
Intemperies autem valida,ꝙ ferueant
illi nimiuz,aut frigidi ſint. Quare ſunt
merito tumores laxi,& ſine exulcera-
tione, a dolore liberi. Qui quia eſſent
eiuſcemodi,facileq; reſiderent,ideo nõ
ſuppurabant: vti ſolent,qui alijs ex oc-
caſionibus exurgunt. Hoc autem no-
mine προφάσεις Hippocrates(nos ver-
timus occaſiones) aliquando (vt vul-
go aſſolet) in cauſſis vſurpat,cõflictis.
Interdum cauſſas manifeſtas ſicvocat.
Nonnunquam ſemel omneis. Hic ap-
pellauit ſuppurationes alijs ex occaſio
nibus prouenientes, quas euenire ipſe
in febribus docuit, in quibus humores

ſunt aceruati multi, craſſi, & crudi: qui propter vim & vehementiam & febrilis copiam caloris caput petunt: hos deinde in adenibus aurium deponit natura: Vnde Parotides, quas vocãt, exoriuntur. Verum enimuero non erat in hoc ſtatu humorum ea affluentia: & qui cõſtiterant ad aures tumores, quia materiæ erãt aereæ, ſtatim digeſti ſunt. Patet ergo morbos ardentes in principium incidiſſe veris, cũ ſpiraſſent Aquilones: iſtas autem parotidas toto viguiſſe reliquo tempore: ſed erant moderatiſſimæ, ob cauſſas nimirum, quas recenſui: vt homines ab ijs recti affligerentur, hoc eſt, vt illas abſque dolore ſuſtinerent obambulantes, ac ſolita munera obeuntes: neque, vt in morbis grauioribus, neceſſe haberet decũbere. Et breuiter, nullæ prope febres erant. Quod ſi qui eſſet etiam ex illis calidior, nõ diu hoc patiebatur. In cauſſa erat exuperantis, vt eſt dictum, natura humoris, qui maiore ex parte aereus erat & frigidus.

Parotidũ cã, ad materia:

Materia aerea

Quid p rectos audiat

Accidebant hæc adoleſcentibus, iuuenibus, adultis, atq; præter cæteros luctatoribus, & athletis, mulieribus uero parum multis.

Humor. cal. & frig. qs decubitus:

Communis hæc cauſſa in omnibus attendenda eſt decubitibus humoruʒ, quam alias Hippocrates expoſuit: humores calidiores in ſublimiores parteis corporis decũbunt: frigidiores in infernas. Quãdo igitur dominans hoc ſtatu humor frigidior eſſet, aereuſq;, ac mediam teneret naturam inter eos qui facile aſcendunt, & qui deorſum vergũt: ideo ſolis his in caput inuadebat, qui erant aut propter ætatem, aut vitæ genus temperamento calidiore. Nec præterit nos, adoleſcentulos ob ætatẽ eſſe, non ob vitæ ſortẽ calidos: vt etiã adultos. Qui vero in paleſtris ac gymnaſijs verſantur, hos ob vitæ inſtitutũ. Quo ſane pauciores infeſtauerunt mulieres, eaſq; iuuenes, & natura calidiores, & q̃ non vixerant in otio. 12

Multi præterea infeſtabantur arida

tussi, nihilque excreabant, nec multo post raucescebant.

Quænaꝫ tusses aridæ sint, ipse aperit hisce verbis: Nihilq; excreabant. Hę
1 fiunt autem, interdum exasperatis modo faucibus, & gutture, nullaq; pulmonem tenente affluentia humorum. Atq; hi nihil expuunt: neq; enim superflui habent quicquam, quod reijci vel
2 expelli oporteat. Aliæ etiam fiunt aridæ tusses ob intemperiem respirationi seruiētium instrumentorum. at ne hic quidem est, quod expui desideret. Prę
3 terea aliæ, vbi illis inhærescunt humores, qui euacuationem requirunt. Qui quidem non excernuntur tamen duabus de causis: vel quod lēti sint, & crassi, & pulmonis firmiter cartilaginosis infixi fibris, quas bronchos appellant grę ci: quod in lateris doloribus (quos ἀπτύστους, hoc est, in quibus nihil expuitur vocant) accidit: Vel quod humor, qui a capite defluit, non aliter atq; aqua. sit subtilis, Etenim prius hic per guttur &

asperam arteriaꝫ delabendo in pulmo ne funditur, quam a spiritu concitato per tussim subduci possit. Quod accidisse tum Thasijs videtur, quorum esset ab Austrino statu caput repletum, & hoc destillationem trasmitteret omnibus regionibus thoracis. Nam talem tum tussim fuisse, symptωma huius comes testatur. Rauci inquit eniꝫ, qui eo modo tussirent, euaserũt. In caussa humor erat destillans, a quo vocis instrumenta irrigabantur, vt in libris de voce declaratum est. 23

Rauci tatis causa:

Nonnulli multo pòst. Quibusdam testiculus alter, aliis uterꝗ cum dolore inflammabatur.

Illius pars, qui in pulmonem decidit ex capite, pro eo quod inter se consentiunt instrumenta, ad testiculos peruenit. Quatenus autem cum genitalibus cõueniat Thoraci, in alijs libris tractauit. Cæterum quod in testiculos decubuit, erat id malignius, neq; iam primo illi simile, vt quod in thorace diu

Testes cũ thorace conueniunt idem. 259

turnitate computruisset. Recte ergo erant testiculorum inflāmationes dolore coniunctæ, neq; perinde vt Parotides a dolore immunes. Nam qđ aut alteruter, aut ambo testiculi humoruꝫ excepissent, abundantia in caussa erat copia illorum. Siquidem quibus paucus proueniret, his in alterum: quibus amplior; in vtrunq; impegit. 14

Quidam febricitabant, quidam nō.

Qui tum abundabant humores, hos neq; magnopere calidos esse, neq; nimiū frigidos diximus: sed inter vtrosq; tum natura, tum temperamento intercedebant. Vnde pro ætatum & naturaꝝ temperamentis, vitaque laborantium, alijs ad calidius inclinauerunt, itaque febricitauerunt: nonnullis quod a primo habuerant, retinuerunt temperamentum febrem excitare impotens.

15

Plurimis hæc laboriosa fuerunt.

De omnibus quæ commemorauit, hoc dixit: prædixit autem tusses, rauce

dinez, & in testiculũ abscessus, & quosdam tenuisse illoruz etiaz febres. Hæc ergo, inquit, symptomata maxime ægroruz parti laboriosa acciderunt, hoc est. moleste, & ægre sustinebant recti incedentes, sed pleriq; decumbebant, q̃d longitudine temporis indies collecta excrementa euaderent etiam, atq; etiaz peiora, atq; deteriora. Nãq; austrinæ tempestates, si diuturnæ sint, putredines inducunt, potissimum vbi sint humidæ. Veruz quando hic status humidus non esset, diutissime nihil erat molestum corporibus: dies vero molestiam adferebat. Et hæc quibusdam de illis tandem euenerunt, quæ mox ab initio omnibus acciderent, si austrinus status humidus esset. 16

Cætero, quantum ad ιητρειον, id est, medicinam, sine morbo degebant.

Bifariam dictionem κατα ιητρειον scriptam in exemplaribus inuenias. In aliquibus, vt nunc est dictum, postrema syllaba per ο scribitur: in alijs per ω.

Significat aut prior lectio, ea quæ ex præscripto fiunt artis medicæ, altera q̄ ſm materiam medicā. vt aut artis operibus medicæ, quæ in laborantibus administrantur. Thaſij abſtinerēt: aut ijs, quæ per materiam medicam fiunt, in ijs, qui prædictis detinentur incommodis. Ex vtraq; ſententia & lectione apparet leuiter afflictos fuiſſe homines, dum duraret ver. quod morbos quæ parerent cauſſæ, cacoethes haud dum quicquam haberent, quod diuturnitate temporis conſecutæ ſunt. 17

At uerò ante ineuntem æſtatem, pèr que æſtatem, & hyemem multi, qui longo iam tempore ſubmarceſcebant, ex tabe decubuerunt. quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit.

Quos dixit nuper, tuſſire quidem, excreare tamen in vere nihil, hos æſtate ait, & ſecundum æſtatez intabuiſſe, rem narrans, quæ cum his conſtat, quę oculis conſpicimus. Etenim quæ capi

Lege a cacoethia facta in tpis diuturnitate,

tis destillationes tussim primo concitãt hominibus, & raucedinem, neq; tandẽ consistunt, alteram hæ tabis differentiam generãt. Sunt enim duæ eius maximæ differentiæ. Vna ex illis, quos caput demittit, fluxibus constat. Alteraq; ab ipsius malis pulmonis proficiscitur omninoq; postq̃ expuitur sanguis, potissimum vase rupto. sæpenumero etiã fluxione impleto viscere hoc, alia de caussa ex partibus alijs, non ex capite. Quod si ergo a vere austrino in statuz æstas aquilonium sit mutata, non fuissent manifesti, qui a tabe clam exedebantur, neq; prorsus tabuissent. Quia vero non modo in aquiloniũ non transit status austrinus, sed erat etiam nebulosa fere æstas: idcirco capitis destillationes erant perpetuæ, ac destillantes humores omnes præcipue i pulmone computruerunt: ita vt iis ad meram tabem generandam nihil deesset. 18

Quibusdam autem cœpit primum, atq; his vergebat ad tabem natura.

Tabidos appellant veteres medici, qui morbo tabifico, quam etiã φθόην vocant, sunt opportuni. Tales planissime sunt, qui adeo sunt angusto thorace & restricto, vt a tergo in morem alarum promineant operta scoptula. Vnde etiam hos πτερυγώδεις quasi alatos vocant. Præterea quibus caput facile impletur, quodq; spiritus organis multas destillationes demittit, hi facile tabescunt. Hæc si ambo in vnum coeãt & thoracis figura, & capitis imbecillitas, sunt eiuscemodi quidem naturæ semel tabi obnoxiæ, ambabus naturæ ꝺ caussis. Etenim hi quorũ caput ad pulmonem mittit fluxiones, diuturnitate temporis fiunt tabidi, ac in pulmone sæpe rumpitur illis vas per visceris angustiam & infirmitatem. Habes de tabidis. Quia vero dixit Hippocrates: Qñ etiam multis ambiẽtibus tum cõfirmauit. Ac deinde subijcit: Quibusdã aũt cœpit primũ, atq; his vergebat ad tabem natura. Mihi parum videtur eius oratio consona rationi. nam erat

multo probabilius tales vere, q̃ æstate incipere. quod qui accõmodati ſunt, vt certis incommodis facile capiantur, citius iſti in eos incidant, ac imparati. Videtur igitur vt etiam in alijs locis horum librorum de vulgaribus morbis, ordo eſſe inuerſus orationis, lapſo eo q hæc primus deſcripſit, neq; errato poſtea emẽdato: & item quoq; huic loco accidiſſe, ac orationis hæc eſſe ſeries: Quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit, quibus vergebat ad tabem natura. At deinde: Quibuſdaz autem cœpit primum. Poſtea. Mortui vero multi ſunt, & plurimi de his, & illis qui decubuerũt. Atq; haud ſcio, an vel mediocri quis tempore vitaz produxerit: de tabidis ſcilicet. Nam id intelligẽdum eſt. ſiquidem in hunc moduz eſt totum hoc ſcriptum caput. 19

Parati imparatis facilius morbo capiuntur: vide fol. 43. … p° & driis fib. c. 4. idē fol. seq. facie 2ª.

Interierunt ægri citius ſolito.

Nam vel iam quæ ſubdidit omnia, ſunt cõmunia tabidis, quod perſpicies, ſi Hippoc. dictiones attendas, auſpica

borq; ab hac,q̄ mox adſcripta eſt. 20

Interierunt celerius, quam talibus eſſet conſuetum.

Tabidos inquit ſolito vitam finiuiſſe celerius. Cuius mox ipſe cauſſaȝ ſubiungit, vbi ait: febres horrificæ, ꝯtinuæ, acutæ. Id enim præter conſuetudineȝ tabem comitatur, quod tuȝ videtur accidiſſe. Cauſſa eſt, cur hæc ambo congruerēt tabes & eiuſmodi febris: quod ſtatus eſſet antecedens ad corpora affecta comparatus. Siquidem dixi paulo ante: qui calidiore erant temperamento, illos in primis laboraſſe ex deſtillationibus capitis. Horum nanq; caput præcipue erat in auſtrina tempeſtate repletum. Quibus ipſis longius protracto nebuloſo ſtatu, vſu venit vt humores, qui in corpore eſſent, putreſcerent. Vnde malitia extitit febrium. Quod ſi quibus minus eſſet calidum temperamentum, his neq; computruerunt humores, neq; caput repletum eſt, extra paucos, idq; tēporis diuturnitate. Naȝ

qđ citius patiuntur naturæ iniuriæ opportunæ, id cæteris tardius accidit. Neq; ſane erat miꝝ, cũ priori auſtrino ſtatui æſtas ſuccederet non auſtrina mõ, ſed nebuloſa ẽt, ꝓueniſſe hinc putredinem quandam humoꝝ vel in frigidioribus corporib⁹, nedũ in calidiorib⁹. 21

Nam alios quidem & diuturniores, & cum febre coniunctos facile ferebãt, nec moriebãtur: de q̃bus iã ſcribemus.

Alios inquit morbos præter tabificos, de qbus ille verba fecit, etſi eſſent lõgiores, & febrẽ haberent adiunctam, non tñ grauiter tulerunt, cuius paulo ſupius cauſſaȝ dixim⁹, ꝙ humor his nõ ita erat ex putredine reddit⁹ vitios⁹. 22

Sola eni et p̃ceteris maxime, q tũ viguerũt, morbis, multos tabes peremit.

Huius cauſſa eſt nõ ita dudũ dicta, vbi corporis temperamẽtum in culpa poneremus: per quod morbis tabificis ſunt correpti, febribuſq; malis, de quibus ſub hæc ſmonem habet. 23

Infestabant illos plerosq; hæc incommoda, febres horrificæ, continuæ, acutæ, omnino non intermittentes. Modus erat semitertianus, uno die leuiores, altero grauius iterum inuadentes: in summa, indies acutiores euadebant.

Plerosq; omneis tabidos, d̃ qbus agebat, passiõibus ait affectos fuisse, quas ipse deĩde collegit. Atq παθήματα (.i. passiões: nos affect⁹ vertimus) oẽs vocãt Græci, q̃ in corpib⁹ nr̃is fiũt p̃ter naturã. Præ cæteris ẽt meminit, febres fuisse horrificas. Q d̃ qdẽ signat, p augmẽtũ, & incremẽtũ qđ vocant, accessionis horruisse diutissime ęgros. Neq; .n. qb⁹ initio accessiõis horrores incesserũt, isto appellauit noĩe, sed qb⁹ p totã ꝑpe accessionẽ ꝑduceret symptoma horrois. Et fit bifariã: mõ cũ reduplicet icremẽtũ, mõ cum nihil nisi ipm̃ inæq̃le faciat incrementum. Diuersitas in tp̃is ꝯsistit q̃titate. Nã breuibus si iteruallis a sese sint mutuo motus horrifici dirépti, inæ

lege et ioz:

παθήματα

feb. horrificae:

Horrificus motus dupl

Semitertiana.

Intermittentes:

At quæ

qualis dicitur & horrificus motus. Sin ampliora sint interualla, fit illud symptωma reduplicatio, & dicitur. Hæc fit præcipue in semitertianis, vt vocant, febribus. quo circa ternæ plerũq;, & quaternæ sunt. Sed in commentationibus de febribus declarauimus, consistere semitertianam in humore inæquali, qui partim amara bile, quæ acris est, partĩ pituita putrescente constat'. Has itaq; tum viguisse febres horrificas dicit ob antecedentem statum: vti supra dictũ est. Continuas autem eas nominauit, significans eas non discedere, quod q dem ipsemet interpretatur his verbis, Omnino non intermittentes. Intermittentes enim illas febres proprie appellant, quæ a vigore integritatem quandam præstant. Atq; remissionem habent apertam, nunquã corpus tamen præstant integrum, acutas has & continuas vocat: quæ totum habent quidẽ circuitum, plurimum octonum & quadragenum horarum, quantum etiam semitertiana: sed ad integritatem nec

veniunt, & altero die mitiore, alteram iterum adferunt acceſſionem: remiſſiorem illam quidē priore illa alterius circuitus ac reduplicationibus carentem: cæterū quæ egre incaleſcat, & vix ad vigorem perueniat. Eſt præterea illius proprium, circuitus; qui primum conſequuntur, neq; inter ſeſe æque acutos eſſe, neq; perinde ac primum: verū vſq; ad totum morbi vigorem increſcere indies, intendiq;. 24

Sudabant ſemper quidem, ſed non toto corpore, multum extremitates frigebant, ut uix calorem reciperent.

Febrium eſſe, hæc accidentia cacoethum in præſagijs didicimus. 25

Alui turbatæ erant, & bilioſæ, ac pauca, mera, tenuia, mordicantiaq; deiiciebant, & aſſidue deſidebant.

Mera excremēta ſolent vocare plāne bilioſa. Sin aūt mixtus cū humidita te aquoſa excernat talis humor, nō iā merū appellat. Quinēt hoc ipſum didi

cimus de meris excremẽtis, quorum ape ruit malitiam in Præsagijs, & de humo ribus qui tenues sunt, omneis esse crudos, & vt concoquantur, robustam desiderare naturam. Mordacia porro erãt haud iniuria: vt quæ biliosã meraq; essent. Præterea eorum erat mordacitatis comes assidue desidere. Quo factũ est, vt ex hoc quoq; symptomate vires laborarent ægrotorum. 26

Humores tenues, oẽs crudi sũt:

Vrinæ tenues, crudæ, decolores, & paucæ: aut crassitudine preditę, & paruo sedimento, nec probè subsidentes, sed cum crudo intempestiuòque sedimento.

VRINÆ:

Et de vrinis didicimus, tenues, decolores, & paucas: vel crassas, & paucas, perniciabiles esse: quemadmodum ẽt crassas quidem, sed quod subsideat, aut omnino nihil, aut parum habentes. Quod sane ijs accidit, eo quod parum bene subsideant. Hoc iam ijs frequens febribus est, in quibus multus calor, &

Perniciosæ vrinæ:

flammeus feruorem accendit quendã crudorum crassorumq; humorum. Par igitur est in ijs aut prorsus non esse aut esse id, vt Hippocrates dixit crudũ & incoctum. Cæterum de paruis sedimentis in præsagijs tractauit. 27

Tussiebant, ac pauca, coacta, concocta paulatim uix excreabant. quos uero uiolentissime urgebant, his minime concocta erãt, sed perpetuo cruda spuebant.

In talibus pessimis, quibus ꝓxima est mors, sputa ne paululum quidem concoquuntur. in alijs vero, quæ moderatæ sunt, & quæ in longius tempus extrahũtur, hac ipsa de caussa cõmode concoquunt humores in pulmone superflui, excreãturq; facile. Cæterũ hi q in p̃sentia tabescerẽt, istorũ habebãt nihil. Nam aut semel crudũ expuebant, aut coctum quidem, paucũ tñ, & qđ paulatim vix excreabatur. At meminit in præsagijs huius sputi. 28

Pleirſq; horum fauces aſſidue a primo dolebant, & cum inflammatione rubebant. Deſtillationes paruæ, tenues, acres, ſtatimq; marceſcebant, ac affligebantur.

Simul vt ſymptomata, quæ ad tabeſcentium conſpiciebantur fauces, prædixit, cauſſam adſcripſit his verbis: Deſtillationes paruæ, acres. Nam quia tā vitioſæ deſtillationes erant quæ a capite manabant, dolebant fauces: q̄ vero ab ijs vellicarentur, ruborem & inflammationem habebant. Quia iam ipſa etiam erat calida deſtillatio, non erat mirum in Thaſo, ſi præ cæteris tabeſcētibus, qui ita haberent, ad extremū deuenirent marcorem. 29

Deſtillatio uitiosa:

Cibos quoſuis perpetuo faſtidiebāt.

Appellant Græci appetentia carentes, qui cibum non ſumunt, ἀσίτους, q̄ vero oblatos faſtidiunt, ἀποσίτους. Cōſtat autem hoc faſtidij ſymptωma tabidis accidiſſe, eo quod deſtillatiōis, quæ

fauces

fauces & pulmonē infeſtabat, pars ali qua in ventrem defflueret. 30

Non ſitiebant.

Non ex vitio deſtillationū, quas ap pellauit ipſe acres, hoc tabeſcentibus ſymptωma accidit. Quo factū eſt, quā tum equideʒ iudico, vt cum fuiſſe illas Hippocrates nouas & abſurdas indica re vellet, adſcripſerit, non ſitiebant. Eſt enim maximæ ſignum prauitatis, vbi calida & adurente febre, aut fluxione delabente in ventriculum acri, non ſi tiant. Atq; hoc ſymptωma partis virtu tem ſentientem deperditam indicat, & extinctam. ſiquidē diuerſos inter ſe af fectus non ſentit. 31

Pleriq; circa mortem delirabant. Sed de tabidis hactenus,

At ne hoc quidem accidere alijs ta beſcentibus conſueuit. ſed quæ erat fe brium tum vigentiū malitia, huius ſta tus morbus comitabatur. 32

At uero æſtate iam, & autumno fe

Pars destilla tionis in ven trem ita fluit, ut in ... pul mones.

Sitis caren tia, quam ma lum signum.

bres multæ, continuæ, non uehementes: diu quidem tenebant ægrotos, qui cætera minus incommode habebant.

Nam ante etiam retulit, vnam fuisse tabem exitialẽ: nosq; adiũximus caussam. Ergo conueniunt cum illis, tum quæ hic agit, tum quæ his subdit: vbi sic ait. 33

Plurimis erat aluus turbata sine molestia tamen, & prope nihil offendebat. Vrina item plurimis boni quidem coloris erat & liquida. sed tenuis, & post iudicationem concocta.

Et reliqua, quæ de vrinis in mediũ attulit. Nam vt quæ de tabidis nuper recensuit, erant praua: ita quæ nunc dicuntur, admodũ sunt moderata. 34

Non ualde tussiebant, neq; difficultatem, quæ tussi excreabantur, præbebebant, nec solum cibũ non fastidiebãt, sed etiam maxime licebat offerre.

Eorum, qui hunc librum sunt inter-

pretati, maxima pars, hoc eũ loco ad tabeſcentes autumant tranſiiſſe. Ego vero adhuc de cæteris cenſeo, de quibus diſputat, febribus hunc haberi ſermonem. Qui enim, cum antea de tabeſcẽtibus dixit, eos perpetuo quoſuis cibos faſtidiuiſſe, hic iam dicat? Nec cibos ſolum non faſtidiebant, ſed etiam maxime licebat offerre. Cur ergo hoc loco ſcripſit? Nõ valde tuſſiebant. Nẽpe hoc eſt, quod iſtos adduxit in eam opinionem, vt hæc exiſtimarẽt dici de ipſis tabeſcentibus. Ego ſic ſtatuo, cũ etiamnum de aliis febribus fierent verba, adſcriptum illud eſſe. Infeſtãtur. n. tuſſi, quæ incidit ratione ſymptωmatis. Quare nihil habet admirationis, ſimul & cœpiſſe Thaſios quoſdam febricitare in ante dicto ſtatu: & quia erat id tẽporis ipſum caput repletum, accedẽte ad ſtatum febre, tuſſi eſſe moleſtatos. Sed nec erat hoc illis nimium moleſtũ ſymptωma, nec quæ per tuſſim reiiciebantur, negotium præbebant. Neque enim hi tabeſcebant. 35

In summa, qui tabescebant, leniuscu le ægrotabant, non more tabescentium, a febribus cum horrore uenientibus pa rum sudantes, alias alii: ut quos inuade ret febris non stato circuito. Et ut pau- cis, quos nunquam febris relinqueret, sed inuaderet more febris tertianæ na- turam referentis.

Hoc capite toto præcedenti anne- xo, multo magis adducti sunt interpre tes quidã superiorem etiam orationẽ de ipsis tabescentibus habitam. Verũ nulla ratione ad eos referri illã potuis- se, planum est factum cum ostendi, fa- stidiosos ab eo vocatos esse tabescen- tes, nõ fastidiosos, hos. Sequens oratio, quæ nunc nobis proposita est, duobus modis exponi põt. Primo, vt hoc mo- do dicamus. Sed faciam vt repetam su periorem orationẽ, ac mox huic aptẽ, vna ei syllaba, quo euadat clarior, in- terserta. Non valde tussiebant, neq; dif ficultatem, quæ tussi excreabatur, præ-

bebant, nec ſolum cibum non faſtidie-
bant, ſed etiam maxime licebat offer-
re. In ſumma enim, qui tabeſcebant, le
uiuſcule ægrotabant, non more tabe-
ſcentium. Veriſimile eſt autem hoc pa
cto illum dixiſſe de ijs, qui alio modo
febricitarent, ſcribentem cõmune ſym-
ptωma morboruꝫ hñtium comites tuſ-
ſes, & non ipſorũ tabeſcentiũ. Nam vi-
detur ſermonẽ de tabeſcẽtibus habitũ
retractaſſe, vt in memoriã reduceret diſ
ferre hoſce ægros, de qbus nũc agit, ab
ſuperioribus illis tabidis. Etenim eadẽ
illa hic cõmemorat iterũ ſymptωmata,
quæ nuper retulerat. Atq; hanc quidẽ
vnã afferas cãm hoc loco ſermonis de
tabeſcẽtibus repetiti. Altera eſt, quam
ſępe & multis in libris accidere ſcimus.
Siquidem cum interdum ſuper eadem
re dupliciter ſcribamus: vt ſit altera ſcri
ptura in ꝯtextu, altera in alterutro mar
gine, quo per otium expẽdamus & iu-
dicium faciamus de altera: qui primus
deſcripſit librum, vtranq; ſcripſit: quod
ꝺeinde quia admiſſum nõ animaduer

timus, nec emédauimus erratum, post/ quam in multorum manus venit, man sit incorrectum. 36

Iudicabantur autẽ, quibus inter hos breuissimi essent, ad uigesimum diem, plurimis ad quadragesimum, multis ad octogesimum. Nonnullos ne sic quidẽ, sed nullo ordine nec decretorie deserebant. Quorum pleriq; non diu a febre intermissi repetebantur. atq; hi a retidiua iisdem circuitibus iudicabãtur. Multis uero sic producebantur, uti sub hyemem languerent.

At qui erant isti, quorum ait iudicatum esse morbum vigesimo die? Nempe reliqui ægroti, de qbus faciebat verba, vt ego sentio, non tabescentes. Cui assentiuntur, quæ ꝯsequuntur omnia. Etenim quibusdam de illis ad octogesimuz diem ait esse extractum morbũ, atq; alios inordinate neque decretorie deseruisse, & ad hos ipsos redijsse: quas

quidem recidiuas iiſdem iterū circuiti-
bus iudicatas fuiſſe, ac non paucis ho-
rum in hyemem morbum eſſe protra-
ctum. Hæc ſane omnia cum ſuperius
dictis plane conueniunt, vbi dixit, At
vero æſtate iam, & autūno, febres mul-
tæ, cōtinuæ, non vehementes, diu qui-
dem tenebant ægrotos: qui cætera mi-
nus incommode habebant. Hæc cum
iis ſymptωmatibus cōgruunt, quæ hoc
loco ille recenſet. Quæ vero de tabe-
ſcentibus adduxit, nō aſſentiuntur: q̄ꝺ
perſpicies, ſi tecum partem eoruʒ, quæ
de his tradidit, animo reuolueris: cum
ait, Interierunt celerius, q̄ꝫ talibus eſſet
conſuetū. Quod ab eo de tabidis pro-
nuntiatur, quos ait eſſe celerius mor-
tuos. At de iis, qui aliter laborarent, ſta
tim poſt hæc in hunc modum ſcribit,
Nam alios quidem & diuturniores &
cum febre coniunctos facile ferebant,
nec moriebantur: de quibus iam ſcri-
bemus. Hæc igitur iis concinunt, quæ
propoſito nūc nobis ſermone de febri-
citantibus per autumnum & hyemem

disputantur. Immo vero quod prædixit: de quibus iam scribemus: aliũ autem, si a præsente de ijs habito sermone discesserimus, ab eo scriptum de his producere nullũ queamus, necessitas exprimit, de ijs qui alio morbo, non tabifico affecti fuerant, totũ hunc habuisse Hippocratem sermonem. 37

Inter omneis, quorum fecimus mentionem in hac tempestate, soli in letalia tabidi incurrerunt: febricitantes alia febre, nequaquam.

Eoruz, quæ de primo statu ille fecit, postrema sunt hæc verba, q̃ nihil præcipiunt amplius, sed tantuz ante dicta in summam colligunt: quod facere ille frequenter solet.

Finis Commentarij primi Galeni.

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPpocratis de morbis vulgarib⁹, cõmentarius secũdus Hermanno Cruserio Cãpensi interprete.



SVperiore volumine de mutua anni tẽporum conuersione dictum est. expositum est præterea vniuscuiusq; temperamentũ natiuum, tum autẽ principi eorum item ac finis stata dies. Itaque velut in memoria illis habitis, vbicũq; præsens sermo interpretem requirat, exponam, comparans me non ad prorsus imperitos tantum, neq; solum ad eos, qui multum profecerunt. Nam omnibus erit is sermo mediocriter accommodatus. Alter qui omnino rudiuз est, doctis propter longitudinẽ stomachum faciet: qui vero his aptus

erit, indoctis fit obscurus Sed non debent in huiuscemodi cōmentariorum lectione acquiescere: verum accipere aliud ab alio atq; alio, latius sæpe eadē poterunt: itaq;, si attendere animū velint, aliquid addiscere boni.

De 2 a tempest: lege Mont. fo lio. 17:

TEMPESTAS SCVNDA.



N Thaso ante autumnum frigora non tēpestiua, sed repente, spirante multū Aquilone, & Austro, humida, & ante tempus coorta sunt.

Autumni principium, Autumnuȝ dixi incipere ab exortu Arcturi, qui antecedit æquinoctiū autumnale. Eo tempore inquit, antea q̄; oportebat, magna fuisse frigora. Nam hoc illi nō tempestiua, & ante tempus coorta significat. Atq; nō tempestiua. anticipasse tantum indicat. Ante tempus coorta, etiaȝ cum pluuijs largis ea fuisse coniuncta.

Hæc autem durabant uſque ad Vergiliarum occaſum, & ſub Vergilijs.

Verglia rum occaſum finire autũnum, antea diximus. Præterea etiam duos eſſe menſes ab Arcturo ad Vergilias. Atq; vnius eſſe decretorium rei in aere Arcturum: Vergilias duarum: Alterius, cum autumno hyems cõmittitur iam preceps: Alterius, vbi ver ęſtati Arcturi autem mentionem non niſi ſolius ortus facere Hippocrates ſolet: quãdoquidem ſub eo incipit autũnus, æſtas terminatur. Ad hæc diximus nuper, de totius anni in quatuor parteis diuiſione, & de diuiſione in ſeptẽ. Et ęſtatem Vergiliarum & Arcturi ortu circũſcribi, atq; hanc eſſe diuiſionis in ſeptẽ totius anni quãdam portionem: cũ in dues ſecat̃ parteis ęſtas, in treis hyems. Dictum etiã eſt, πλειάδα numero ſingulari Grȩce dicas, an πλειάδας, plurali (quas nos Vergilias appellamus) nihil intereſſe.

Hyems aquilonia.

A Vergiliis hyemis meminit, autũni esse Vergilias terminum clare innuens. Itaq; quæ hyems illa fuerit, differentem eum attente audiamus. 4

Imbres erant multi, largi, magni: niues, mixta suda plurima. Atq; hæc habebat omnia. Frigora uerò nõ admodũ erant intempestiua. Iam uerò post brumale solstitium, & ubi fauonius spirare cæpit, aspera erat extrema hyems. Aquilo multũ spirabat, ningebat, pluebat multum & continenter. Cælũ procellosum, atq; nubilũ. quæ durauerũt, nec remissa sunt ad æquinoctium usq;. Ver autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumq;. Æstas non admodum fuit feruens. Etesiæ perpetuo spirarunt. Mox circa Arcturum spirante Aquilone, permultum pluebat.

Multas fieri pluuias dicimus aliquo tempore ꝓpter diuturnitatem, licet nõ

largæ tum decidant. Appellamus etiã multas, si vel breui tpe incessant largæ. Quæ quidem & magnę appellantur. Verum vbi quis cõtinenter pluuias ait largas fuisse & magnas, vt Hip. scripsit, largas intelligamus, repentinas, vehemẽtes & breues: Magnas vero, neq; repẽtinas, neq; breues oĩno, nec ẽt diuturnas. Sed, quo omnia clariora euadãt, nihil caussæ est, qn paulo vtamur narratione prolixiore. Fiat igitur subito admodum multa pluuia, horas treis aut quatuor, deinde mox cesset, largam hãc appellabimus. Alia vero paulatim incipiat, paulatim item increscat, atq; ita fiat totum diem & noctem. Deinde a vigore, detrahatur paulatim de eius abundantia nõnihil sequenti toto die, postea consistat, eiusmodi pluuiã non largam, cæterum magnã vocabimus. Ergo, quã narrat, hyems modo largas pluuias habuit, modo magnas per interualla: atque interea non raro erat sudum. Quippe hoc significat, quod est ab eo scriptum, μεξὺ θρια τὰ πλεῖστα. Prę

i. erat quoque cælum serenum post imbres aliquibus autem [illegible] est

dicitur Sudum, pars cæli serena inter nubes:

terea hac hyeme niues ait fuisse, nec ad scripsit, nec multas, nec paucas: vt quæ neutrum admodũ obtinerent, sed quæ magis cõsuetudini vrbis responderent. Ideoq; ipse adiecit, Et frigora non admoduz erant intempestiua. Et reliqua, quæ sequuntur, omnia frigidam fuisse & humidam eam hyemem testantur, ac pro eo naturaliter solam ipsam habuisse, atque adeo plus æquo fuisse humidam. Iam etiam ver pluuiosum, algidum, & aquilonium fuisse dicit, prætterea nubilosum. Aestatem vero quodammodo moderatam. Post hæc omnia circa Arcturum, spirante nonnihil Aquilone, multũ pluisse. Sub hæc totius tempestatis summam in oratione profert: Cũ totus fuisset humidus annus, & frigidus, & aquilonius. (Cœluz procellosum, nubilosumq;.) Cœlum more vulgi appellauit aerẽ, qui supra nos est vsq; ad nubium regionẽ. Illud vero qđ appellant Astronomi, pariter ac Philosophi cœlũ, a lunæ regionib[9] incipit. Procellas aũt ventos repẽtinos

Tota Tempestas fuit frig. hum.

Cœlum.

Procellæ,

& vehementes vocamus,præcipue cũ coniuncti ſint cum pluuia larga. 5

Cum totus fuiſſet humidus annus, & frigidus, & aquilonius, per hyemem ſere cõmode habebant. At ſub Ver multi, adeoq; plurimi laborabant.

Demonſtrauimus ante inſtitutũ eſſe Hippocratis, ibi incipere narrare, quę id tpis aeris ſtatibus acciderũt, vbi primũ de naturali deflexerit temperamento. Neq; id ab re facit, qui cũ ambiẽtis nos aeris intẽperie vulgarium morborũ inſtituit genera ꝯiungere. Quãdo igitur eſt ab autũno exorſus, vtiq; eũ præcedit æſtas, illiq; ſuccedit, qđ ipſi præit. Quatenus igitur ſalubriter in anni tẽporibus corpora degunt, æſtas, adiuncto ipſi autũno, tantum aberat, vt mali attulerit quicquã, vt fortaſſe etiã quibuſdã corporibus magno adiumento fuerit, q̃ tẽperamẽtis calidioribus & ſic cioribus æſtate a iuſta tẽperatura defle ctere ſolent. Itaq; his inſtar fuit medicinæ autũnus frigidum hñs & humidũ

ſtatum. Quinimo ne hyeme quidem fere vllus vulgabatur morbus. Nã hoc innuit, cum dicit: Per hyemem fere cõmode habebant. Erat enim humidior quidẽ hyems, at frigidior nihilo, q̃ eius poſtulabat natura. quocirca agens de eius ſtatu dixit: Frigora vero non admodum erãt intempeſtiua. Porro ibi primum morbos emergere oportebat, vbi plurimum aer degeneraret, cum dicat: Ver autem frigidum, aquilonium, pluuioſum, nubiloſumq;. Nam decet Ver temperatum, non frigidum eſſe, ſicut nec nubiloſum, aut pluuioſum. Nanq; Veris initium eſſe æquinoctiũ, quod hyemem ſequitur, ſuperiore cõmentario expoſuimus, atq; adeo ipſe hoc ſermone Hippocra. dilucide oſtendit. qui cum dixiſſet, extremã hyemem fuiſſe aſperã, ac deinde adieciſſet: Quę durauerunt nec remiſſa ſunt ad æquinoctium vſque. Poſtea aſſcripſit: Ver autem frigidum, aquilonium, pluuioſum, nubiloſumq;. Age iam videamus qui hoc ſunt cœlũ comitati morbi. 6

Aer ubi multu' d fluxit:

Veris Natura q[ua]lis ee debet:

Primum igitur cæperunt lippitudines manantes, dolorificæ, humidæ, crudæ, lemiæ, paruæ, ægrè multis erumpẽtes, plurimis redibant, tandem ſub autũnum receſſerunt.

Quamobrem Vere morbi vulgares generari cœperint, ſupra eſt dictuȝ. Cur autem lippitudines præ cæteris vi guerint morbis, ſi eius ſtatuȝ memoria teneas, cognoſcas: fuiſſe enim dicit frigidius, aquilonium, pluuium, & nubiloſum. Quod igitur ſi a ventis modo oculi fuiſſent verberati, citra fluxioneȝ eos lippitudines arripuiſſent. Nunc qa multa erant coniuncti humiditate aqlonij venti, recte ſane manaſſe ait lippitudines, hoc eſt fuiſſe humidas, vt ab humido generatas ſtatu. Dolorificæ erant vtrobiq;, & vbi cum fluxione cõſtarent, & abſq; fluxiõe. In cauſſa erat frigoris diuturnitas, cui profecto nihil ad dolorem oculis inducẽdum deeſt. Nunc vero auctos dolores eſſe par eſt

lippitudines

quando frigus oculorum cum eorum fluxione coniunctum esset. At crudæ erant, & longo tempore durabát, tum propter humiditatem, tum frigus. Siquidem maturationem fluxiones, cũ ab insito calore superantur, consequũtur. Atqui minore superantur negotio, vbi paucus sit humor, & minus frigidus: cum autem multum est frigoris, difficulter concoquuntur. Iam vero naturalis animantium si calor sit validus, humores earum celerius concoquit. Sin imbecillus, vix longiore interuallo superior euadit, & vincere humores valet. Quo magis, si qui fuerint curati de integro inciderunt in illas. Nam debilitatos quidem lippitudinibus oculos frigidus aer, aquilonius, & pluuius, nubilosusq; iure lædebat. Huiuscemodi lippitudinibus lemia fere obuenit parua, ægre ob densitatem tunicarum, quam ex frigore contraxerunt aeris, erũpens. Quare toto Vere necessario oculi deteriores euadebant: æstate vero, quam comparauerant, duritia ad concoctio-

Diuturnitatis lippitudinis ca-

Calor naturalis ualidior, humores celerius concoquit:

lachryma densa, coagulata,

fluxiones tunc maturantur, cum ab insito calore superantur:

nem pedetentim deducebatur. Siquidem non potuerunt, qui longo tempore collecti ſunt morbi, ijque præcipue ab algoribus & humiditatibus, ſtatim depelli. Merito itaq; dixit Hippocrates oculorum incommoda eſſe autumno penitus ſublata. 7

morbi longi diuturni et indiget cura

Aeſtate iam, & autumno lienterię, & dyſenterię, teneſmi, alui fluxiones bilioſę, tenues, multę, & mordaces: non nullis etiam aquoſę: multis prçterea offuſiones dolorificę, bilioſę, ramentoſę, purulentę, & cum ſtranguria coiũctę.

Non hi tantum morbi Thaſios, & ſymptωmata tentabant, ſed etiam alia de quibus poſthac aget. Nam varie ita vt cum maxime ægrotabant, quod in diuerſos incidiſſent morbos. Quare communem rationem, quæ ad id conducit quo nõ omnes, qui in ea fuerũt tempeſtate ægrotarent, primo loco exponam. deide ad ſingulos morbos deſcendam. Attendes omnibus in ſtatib⁹

Quid in tempestatum qualitatibus unice attendendum:

ętatem & naturam cuiusq; hominis, vt sit ad statum appositus. Nam vel facile vel difficulter illi cedentem vel modice ad illum comparatū inuenies eū. Mox genus vitæ applicabis, atq; salubrem victus rationem vniuersum statui ipsi aduersariam. Atq; vt vel facile vel ægre corpus externis caussis sit inferius, aut similis, aut dissimilis ratio tēperamenti in caussa est, vt est sæpenumero dictum. Cum enim constet sanitas ex symmetria quatuor elementorū (siue qualitates, siue facultates velis appellare) humiditatis, siccitatis, caloris, & frigoris, quædam corpora, naturæ, & ætates intemperata sunt, quibus quidem similes sunt tempestates insalubres, & contrariæ iis proficiunt. Temperatis corporibus salubres sunt temperati status, intemperatiq; noxij. Sed vt nullus est intemperatus status commodus temperatis, ita nec nocuus perinde, vt intemperatis. Etenim status magnopere humidi & frigidi corpora maxime lædunt intemperata humiditate

SANITAS

Tempata complexiones securiores:

& algore. Iiidem humidi & calidi status temperaméta humida & calida offendunt. Eadem ratione calidi & ſicci, ſimilia. Quæ enim corpora iam ſunt i talem prona morbum, ex propria intẽperie coarguuntur. Quæ vero contra ſunt, ac aer, temperata, cum nullam iniuriam accipiunt, tum vero multo efficiuntur meliora, cum ab exceſſu vindidicentur. Contraria enim contrarioruꝫ remedia ſunt. Proinde calidis & ſiccis temperamentis, humida tempeſtas, & frigida, pro eo quatenus ad contrariuꝫ cogit, atq; ita efficit temperamenti mediocritatem, commodo potius quam fraudi eſt. Atq; id erat cauſſe quo minus ægrotarent omnes in ſtatibus intemperatis. Quod qui cognoſcat, applicando victu contrario, corporibus ſanitatem tuebitur. Nam humidus & frigidus ſi ſit aer, calefacienda corpora ſunt, maxime frigidiora & humidiora: q̃re exercitationes plurimæ his ꝓſunt, & vinum modicum, quod calidiore ſit natura atq; aquam ducat: tum cibi cal

facientes. Atq; etiam vniuscuiusq; modum cum ex corporis, tum ex cœli cognoscemus temperamento, si quatenus de optimo temperamento diuerterit alterutrum, consideremus. Nam pro diuerticuli magnitudine, victus ē etiam mutanda quantitas. Vt quod longissime discesserit ab optima temperatura corpus ad humiditatez & frigus hoc plurimuz nos in hoc statu & exiccabimus & calefaciemus. Quod si mediocriter ad id, absurdum sit omnino huic idem facere: sed portiōe. Itaq; siccis & calidis corporibus multo minus victus adhibendus est vehementer calidus & siccus: nam id sua sponte obtinent. Hoc autem dūtaxat obseruandum est, quatenus aer deflexerit a iusta temperamenti mediocritate. Qui si parum, omnino non est committendum nobis, vt mediocrem victus rationem corporibus calidis & humidis immutemus. Sin amplius, sat erit modice mutasse. Hæc quisquis perspexerit, generādi morbi cuiusq; in quacūq;

tempeſtate cauſſas obſeruabit. Quintus vero, dum it inficias cum Empiricis, non poſſe eorum, qui ſic exiſtunt, affectuum cognoſci cauſſas: refert autem eas ad vnam experientiam, conuenientium inuentione medicamentorum deficitur: etſi vel ob idipſum generatio morborum vulgarium ſit cognitu vtilis, Itaq; præſens cælum inſpiciamus, ac a primo repetamus. Fuit hoc, vti ſignificauit Hippocrates, humidum & frigidum, ab autumno ingreſſum: quæ cauſſa fuit, vt ipſo in autumno & hyeme proxima, haberent Thaſij mediocriter. *Sed Vere*, quando hoc etiam frigidum fuit & humidum, omnium primi oculi laborarunt, ꝙ non ſolum eſſet aer humidus & frigidus: ſed & antea fuiſſet procelloſus. Oculos ergo cum frigidi ferirent venti, non mirum ſane erat, ſi ante parteis corpis cæteras laborarent, pro natura cauſſæ efficientis. Itaq; non temere fluxiones eos humidæ & frigidæ corripuerunt. At vero quia non deuenit ad extremam ſta

Supſcriptæ tempeſtatis Examinatio:

Oculi facilius laborarunt.

tus humiditatem, idcirco nullus aliorũ affectuum quisquam, qui dominante tali statu in aere apparere solent, est cõsecutus: apoplexias dico, conuulsiões, tremores, tetanos, peripneumonias, lateris dolores. Verũ postea, humoribus iam ob nimiam in corpore moram putrescentibus, morbi cum tabe plethorici prouenerunt. Etenim frigidæ caussæ cutem constipantes, humores prohibent digestione: tum autez humiditas aeris non modo non remouet a corpore quicquam, sed adijcit. Quę cũ vna in hac tempestate ambo fuissent, superfluitas est in ægrotantium corporibus congesta non eadem oĩbus. Nam quibus erat in corpore excrementũ biliosũ, hoc non digestum, creauit affectũ biliosum. Quibus pituitosũ, aut melancholicum, aut sanguineũ, continuo humoris erat non euacuati affectus similis. Atqui cum tale excrementũ infici in corpore, & putrescere solet, alios in alios incidere morbos consonum erat. Cui accedebat non omnium corporis

partium ſimilis ſtatus. Quippe huic i-
firmius iecur erat, illi lien, alij vẽter, nõ
nulli inteſtinum, alij aliud. Quare cuʒ
ex validioribus excremẽtum partes ex
ciperent imbecilliores, conſequebatur
pro natura membroꝝ ex Thaſiis aliuʒ
aliter laborare. Vnde dyſenteriæ, teneſ-
mi, fluxiones alui, lienteriẹ deriuatis ſu
perfluitatibus in inteſtina extiterunt:
vrinẹ difficultates, in veſicam deflectẽ-
tibus: vomitiones, ad os ventriculi per
uenientibus. Cæterum per aeris frigus
hæc quidem intro in corpus irruperũt.
Aeſtate vero corpoꝝ temperamentis
calidioribus, & internas ꝑteis robuſtio
res obtinẽtibus ſudores par erat citos
eſſe: atq; hoc quibuſdaʒ citra febres ac-
cidiſſe, cum haud ſatis cõputruiſſet ſu-
perfluitas: Nonnullis etiam cum febre.
Iam etiam temporis ꝓgreſſu variæ fe-
brium formæ extiterunt. Nam & pu-
treſcentium erat diuerſitas humorum.
Nec enim ab aere erant generati, cæte
rum coaceruati: ſcilicet ꝙ frigidus eſſet
non calidus ſtatus. Vt cum ſuaipſius

ratione corpus excalfacit Canis ortus, semper solent vigere febres ardentes. At nunc quidē non ab ipso statu istud præcipue accidit, imo vero quia constipatio intercedebat cutis. Habes malorum compendium, quæ in præsentia vulgabantur. Nunc ad singula conuertar, simulq; verba Hippocratis, sicubi obscuriora sint, interpretabor. 8

Non nephriticę quidem: sed his alia pro alijs.

Et per sedem excretiones fiunt prauæ sæpius, cum liber quidem ab affectu venter sit, per eum tamen purgetur totuz corpus, aut abscessus in illo fit ab effluxione aliqua. Nam vult Hippocrates ipse decumbendo & etiā effluendo fieri abscessum. Ita etiam per renes nonnūquam & vesicam, nullo illos laborantes suo affectu repurgatur totum corpus. Quemadmoduz in hoc accidit statu. Quamobrem in progressu sermonis dicit ad verbum: Solum vero bonum maximumq; in-

ter signa quæ fiebant, quodq; multos maximis periculis liberauit, hoc fuit, quibus ad ſtranguriam diuerterent, & in hoc abſceſſus fierent. Atq; id ipſum eſt, quod hic commemorat: Non nephriticæ quidem, ſed his alia pro alijs. Etenim totius corporis excrementa in renes & veſicam defluxerunt: atq; ita excretiones ſunt nephriticis excretionibus adſimiles conſecutæ. 9

Vomitiones pituitoſę, bilioſę, & ciborum crudorum reiectiones.

Ex humorum exuperantia, quæ intro vergebat, quod ad ſedem defluxit, fluores alui, teneſmos, dyſenteriam, lienteriamq; concitauit. Aliud excretionē per renes & veſicam habuit. Itidem iā ſuperfluitas in ſupremum fluxit ventrem, ac innatans per vomitiones eſt reiecta. ita vt naturis pituitoſis pituitoſa eſſet vomitio, bilioſis bilioſa. Eſt enim dictum, congeſta per ſtatuȝ ſuperflua fuiſſe, a ſeinuicem qualitatibus pro naturis corporuȝ diſtincta. Neq; certe mi

rum, si cruda ciborum vomitione reij-cerent humoribus in ventrem pituito-sis & biliosis confluentibus. 10

Sudores.

Quibus, inquam, multum per cu-tem effluxit, id temporis valebat excre mentum huc reijcere natura, itaq; suda runt hi. 11

Omnibus vndequaq; multus plados id est, nimia humiditas.

Superfluam humiditatem πλαδον vocare solet. Cum igitur alijs aliter, ac quibusdam multifariam collecti lon-go tempore humores euacuarẽtur, ob id merito dicit: Omnibus vndequaq; nimia humiditas. 12

Multis hęc accidebant rectis, & fe bre liberis, multis uero febricitantibus, de quibus iam scribemus.

Quibus coaceruata abundãtia, aut si qua biliosa erat, facillime putrescens in febrilem conuersa iam putredinem fuerat, hi sunt statim febre correpti: qui

dam vero vt non decũberent, aut non prius in febres inciderent.

Quibus autem, quę antè dicta sunt cum dolore acciderunt, autumno iam et sub hyemem tabescebant.

De altero scilicet autumno loquitur hyemeq; altera. quandoquidé de priore supra diximus in hũc modum: Per hyemem fere cõmode habebãt. At ante ver multi, adeoq; plurimi laborabãt. Deinde ijs, quæ Vere acciderunt commemoratis, mox æstatis meminit. a q̃ alterius autumni, de quo in fine totius tempestatis dixerat: Statim vero circa Arcturum cum Aquilone permultæ pluuiæ. At quos tabidos dixerit, paru3 constat. Nam solet eos, quoꝝ quocunq; extenuantur modo, & tabescunt corpora, illo vocare nomine, nedum eos, quibus ob pulmonis exulceratione ̃ totum marcescit corpus. Et sic hoc loco, tabidos accipi ab eo est verisimile, quorum attenuaretur quocunq; modo corpus, nullo certe de pulmõis morbis ver

Tabidi q̄ dicat ab Hipp. lege. vij. aph. c. xvj. lege sup. 28

Tabes. vox generalis:

bo facto. Nam cum neq; ſanguinē ex eo prædixit eſſe reiectuz,neq; fuiſſe peripneumoniam,neq; in viſcus hoc deſtillationem inuaſiſſe,quæ cauſſa ſit veriſimilis cur exiſtimes contabuiſſe dicere eum ægros i præſentia ex pulmonis vitio? Verūtamē potuit certe,vt ad vētrem & renes ſuperfluitatis peruenit ex toto corpore portio, & in membra ſpiritus item decumbere. 14

Febres continuę.

Quod(ſub hyemem)inter nouiſſimam orationem eſt,& hanc dictū, alij illi,alij huic aſſignant.Ego vero totum ſermonem eſſe ſtatuo hunc . Et autumno iam extabuerūt aliqui,ſimiliter hyeme.Iam vero etiaz continuę febres, & autūno viguerunt,& hyeme. At ꝯſtat alterius illum hyemis non conſcripſiſſe ſtatum,vt quæ proprium hyemis temperamentum conſeruaſſet. Itaq; didicimus,quibuſdam temporibus anni per accidens ꝓuenire morbos , q nihil ipſa affecta offenſiōes exceperūt pop. 15

Morbi i 96. da ſtatib. p accens pro uenit, nō rōne eius tpis.

Et eorum paucis ardentes.

Non propria tempestatis ratione ardentes inciderunt febres, sed p accidẽs, vt supra cõmemorauimus, quæ acciderũt. Quia impedita totius euaporatione corporis, illa quæ naturæ cuiq; prouenire excrementa solent, vacuatione prohibita, peculiares sibi morbos excitauerunt. Nam qui erant magnopere biliosi, hi, quod naturæ illi erat solẽne, in ardentem febrem inciderunt. Quo fit vt postea de his dicat: Ardentes ve-
» ro febres quam paucissimos corripue-
» runt, & minime ex ęgris hi laborauerũt, neq; enim calidus has, & torridus, squalidusq; generauerat status. Multæ eniꝫ viguissent, & in multis, simulq; cuꝫ magnis doloribus. 16

fol. 45. Ardens feb. p accns. s. nõ rõne sta tus temporis lege. 45 z.

Diurnę, nocturnę, semitertianę, tertianę syncerę, quartanę, errantes. Singulę autem ex iam descriptis febribus multos arripuerunt: Ardentes uerò paucissimos et minime ex ęgris hi laborauerũt.

Qua de re omni contigit febrium generi in prædicto statu existere, ante dictum est. At dictio syncerum, quæ inter tertianam & quartanam est posita, vtriq; videtur tribuenda. 17

Nec sanguis de naribus, nisi paucis, & admodum paucus profluxit: nec delirabant: & alia cuncta erant leuia.

Habet hoc Hippocrates, vt obiter vtilia præcepta doceat. Nam peculiaria morborum symptomata, quæ tum nõ fuerunt, hoc solet interpretari modo: ex eo quod non acciderunt in præsentia, frequentia ea vt esse doceat. Nam in germanis, vt ita dicam, ardentibus febribus, quia copiosus ad caput calor attollitur, sanguinis fiunt profluuia, & delirãt. Nũc vero, quaten⁹ vera nõ eẽt ardẽs febris, optimo iure symptωmata nõ habuit ꝓpria febriũ ardentium. 18

Iudicabantur his plerisq; morbi stato admodum ordine, ac intermittebant septendecim dies.

Iam

Iam hoc quoq; ardentium febrium est illius status proprium, non cõmune cum alijs, quas vocant germanas. Illæ enim vt febres habent vehementes, ita siti etiam, & vigilijs, molestia, ac nonnunquã conturbatione mentis vexant. Quia vero tam sunt acutæ, ideo etiam celeriter decernunt. At febris ardens, quæ in præsenti vulgabatur, vt mediocriter acuta erat, ac a dolorificis remota omnibus symptωmatibus, sic nec certũ habebat iudicium, sed quasi mediæ sortis, vt a repetitione iterũ iudicaretur. Nam cum dicat: At intermittebant, præiudicatã quidem fuisse non perfecte, verum a repetitione iudicatã iterum ostendit. 19

Nullũq; tunc febre ardente uidi mortuum, neq; in phrenitim incidisse.

Nullus hac febre ardente perijt, q̃ esset moderata. Cuius est ante dicta cã. Phrenitis vero nõ viguit: quia cum totus esset status frigidus, non replebatur his caput. Ostensum autem est consti-

DE ARDENTI Remissa

Intermissio hic qd sit

Phrenitis ... uide fol. 10. ... 77.

tui phrenitidas, vbi cerebri calfiunt regiones. 20

Tertianæ uero febres numerosiores erant ardentibus, grauioresq́; . stato tamen ordine a prima accessione in omnibus his quaternos circuitus habebant, in septem autem absolute iudicabantur, nullaq́; harum recidiuam habuit.

In cõmentarijs de differentijs febriũ, & de iudicijs, cum alia, tum hoc declarauimus, propter flauæ bilis exuperantiam febres, & ardentes, & tertianas oriri, atq; hoc cõuenire inter illas: locis vero, in quibus superfluus contrahitur humor, distare. Etenim, si ardentes febres sint, in venis abundat, pcipue iocinoris & ventris. Tertianæ fiunt, cũ totius corporis carnes affluãt bile flaua. Proinde spiraculis impeditis eorũ, qui natura biliosa sunt, quantũ bilis in carnoso congestum genere ante expurgabatur, in hoc statu non purgatum tertianas generauit ardentibus frequẽtiores. Nam

hæ quidem non perinde trahunt origine ex biliosis retentis excrementis, sed calore in vasis, & visceribus aucto ab inflãmato statu præter moduʒ calido, quomodo in his qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere sollicitis, aut qui multũ apricati sunt, vel cibis sunt adurentibus vsi liberalius, vel qui de his plurima, vel omnia fecerunt & passi sunt. Verum præsens non erat nimium calidus status. quo minus corripuerunt multos febres ardentes, quin potius admodũ biliosos, atq; hos moderatissimæ. ac hos ipsos magis etiam febres tertianæ tentauerunt: ꝙ pristini impediti effluxus erant biliosorum excrementorum. Quo circa merito acciderunt illis hoc grauiores atque ardentes, quo germaniores erant, & iudicia habuerunt sua. 21

Quartanę uerò multis ab initio ordine quartanę cæperunt. Quibusdam nec ijs paucis ex alijs febribus & morbis abscessus in quartanas fiebant. Atque

diu hos, ut ſolent, atque adeo diutius te nuerunt.

At ne hæ quidem ob ſtatum per ſe ortæ ſunt: ſed quia melancholicis naturis non repurgabatur atræ bilis affluentia, contigit in eiuſmodi eos incidere morbos. Longius autem produci accidit ob humidum & frigiduz ſtatum, in quo omnes cauſſæ q̃ diutiſſime in corpore manent crudæ, atque indigeſtæ. Tu vero fac memineris, vt hic vſurpetur rurſus hoc nomen ab Hippocrate, cum dicat, abſceſſus in quartanas factos eſſe. Videtur non tantum abſceſſus quoſdam per effluxionem appellare, verum etiam cum alias tranſit morbus in alium. 22

Quotidianę uero, nocturnę, ac errantes multę multos diu exercituerũt, tum rectos, quàm decumbentes.

Hæ cum non modo ex humorum copia, ſed temperamento etiam ſtatus prouenirent, non mirũ ſi multæ & mul

ob frigus meatus co stipans: In statu frigido, humido diutissime manent causae frigidae, et indigestae

* Elice potius a manifestis lasis actionis, quam a decubitu, morborum initia intelligi, et dici. 275

tos detinuerũt. Siquidem ſtatus humidus & frigidus, vt hyems pituitoſum generat humorem. ex quo generari quotidianas docuimus febres. Errantes diuerſorum humorũ ſoboles eſſe oſtenſæ ſunt. Nec quicquam habet admirationis, ſi hæ febres longæ fuerint, vbi ſtatus humidus eſſet, frigiduſq;, & eo magis concoctione prohiberet humores, quæ alioqui propter frigus diuturnæ, atq; ꝯcoctu difficiles eſſent. 23

Horum plurimos febres ſub Vergi*lias & in hyemem uſq; comitabantur.*

Conſtat non harum eum meminiſſe, quæ in hoc erãt ſtatu, Vergiliarum, ſed earum quę poſt alterum ſtatum in ſecũdo erant anno: vti ſupra diximus. Nam ſcripſit in fine illius ſtatus: Mox
„ circa Arcturũ cum Aquilone permul-
„ tæ pluuiæ. Ac loquitur poſtea, quaſi ad naturalem iam ſtatũ ordo ſit temporum anni reuerſus, tum reliquum totum quod excepit Arcturum, tum qđ hyemem. Quo factum eſt, vt quęcũq;

essent prioris reliquiæ status, cõcoctæ sint Autumno: vt hyeme nullus iam Thasijs reliquus esset morbus. 24

Multos conuulsiones, & maxime pueros ab initio tentabant, & febricitabant, febribusq́; conuulsiones succedebant. Erát hęc plerisq́; diuturniora & innocua, prȩter eos, quibus etiam alia cuncta perniciália essent.

Puericar co uulsionibus. opportuniss. 68.

Conuulsiones fiebant, ꝙ frigidus esset humidusq; status. Pueri autẽ propter neruosi generis infirmitatem, conuulsionib⁹ sunt opportunissimi. Quo facilius etiam paruis de occasionibus hoc ijs mali accidit, minusq; est periculosum. At dicit a primo statim quosdã cõuulsionibus fuisse affectos. aliquos vero vbi præcessisset febris, vtcunq; scilicet ad alterutrum cõparati illi essent, qui conuulsionibus & febre arripiebã-tur. Nam ad quod quisq; erat, inquit, paratior, hoc prius inuadebat: cui successit alterum. Atq; conuulsiones non

iniuria diuturnæ erant, cū secundus autumnus iterum, de quo in fine scripsit totius status, humidus esset & frigidus, atq; aquilonius. 25

Continuę uero febres omnino nunquam intermittebantur, sed inuadebāt omnes more febris naturam tertianę referentis. & uno die aliquantum remittebantur, altero ingrauescebant. Omnium erant, quę in id tempus inciderunt, uiolentissimę, longissimę, laboriosissimęq́;, lenes a primo, de cętero increscebant indies, ac decretorijs diebus accedebant, ac peiores euadebant: aliquantum remittebantur, citoq; rursus ex intermissione uehementius incessabant, diebusq́; decretorijs multo deteriores reddebantur. Rigores autem omnibus inordinati & errantes erant, ac paucissimi his, minimiq;: in alijs uero febribus maiores.

Nisi ipse quemadmodum, febres, quæ tum vigebant, ordinatas accessiones faciebāt, adscriberet, magnā nobis hæsitationem reliquisset inuestigantibus, quasnam vocet τριταιοφυέας, id est, tertianæ naturam referentes. Sed cum dixit: More febris naturam tertianæ referentis, nulla restat de re quæstio, sed de significato huius nōis τριταιοφυοῦς. Huic autem coniungitur, quid significet tertiana, & semitertiana: tū vtriusq; differentia, syncera tertiana & non syncera, sed aliquātulum remissa, aut plurimum. Et quatenus producantur harū singulæ. Tum quæ magna semitertiana, quæ media, quæ parua. Agathinus certe integrum scripsit librum primum de semitertianis, dum, quid hoc denotet vocabulum, interpretatur. Iam vero si velim quę de hoc nomine sunt ab Empiricis prodita, quæ postea ab Archigene nō semel sunt, sed pluribus in cōmentarijs relata: simulq; quæ bene, vel male tradiderunt, disceptare: tria sane volumina vix capiant. Quatenus

Τριταιοφυοῦς:

autem intereſt ad artis opera, diſputaui iam in cõmentariis de febrium differentiis. Hoc loco ſatius eſt hoc febris genus, quod hoc ſtatu dicitur fuiſſe, deſcribere. Ille vero ait, Altero die ingraueſcere, altero aliquãtum remitti. Quod Græce ὑποκουφίζεσθαι dixit. quod quia verbũ cum præpoſitione ὑπὸ ſcripſit, aliud par eſt nos accipere ſignificari a ſimplici dictione, ac a compoſita. a κουφίζεσθαι enim queas intelligere inſignem denotari remiſſionem febris: ab ὑποκουφίζεσθαι, moderatiorem. Verũtamen nõ diſtribute, nec clare expoſuit, vtrum qui eum in modũ febricitarunt, hos poſtridie altera inuaderet acceſſio leuior ea, quæ pridie: an illa perpetua, poſtridie remitteretur. Equidem contextum cenſeo innuere vnam fieri tertio quoq; die acceſſioné, remiſſiorem poſtridie. Addit rigores errantes fieri: qđ denotat non in ſingulis acceſſionibus, cæterum interdum, hoſq; paruos. Iam etiam ſudores paucos & vero etiam frigus extremitatũ tale, vt calfierẽt ægre.

ex quibus omnibus liquet crudis & pituitosis putrescentibus humoribus talem existere febrem, admixta iis flaua bile. Ac quæ ex sola quidẽ eiuscemodi bile generatur, ei tertianæ nomẽ est. Quæ vero parem assumpsit crudũ humorem, exquisita efficitur semitertiana, Romæ illa incolis frequentissima, vt quæ illius sit vrbis familiarissima. Hæc quidem cum horrore venit, atq; cum reduplicationibus, quas vocant, fit: accedens non tantum priori die, sed & postridie: quæ quidem accessio præcedente minor est, minusq; horrifica: tum repetitionẽ vel minorem, vel certe prorsus habet nullam. Nunc de ea quæ tertio fit die, mitigat autem in his alterum diem, sermo habetur, quæ propinquior esse videtur naturæ tertianæ, accessionem iterantis, ac longius a semitertiana est remota. Multum enim interest, num inuadat postridie, an sine reduplicatione fiat. At enim paruus rigor paruz distat ab horrore. tametsi ne hunc quidem perpetuo accessioni esse

Exqsita semitert: ...

Semitertiana Romæ familiaris

vt i casu meo,

Paruus rigor paruũ distat ab horrore:

adiunctum dixit, sed errantem. nisi certe errantē de alijs dixit febribus, & non de tertianæ naturā referētibus. Etenim cum minimos his & paucissimos rigores ait accidere, horrorem indicauit: nō priuauit tamen penitus ijs accessiones. At vero, quo hæc cognoscas, sic se res habet. Febris hæc iure τριταιοφυής, id est, tertianæ naturam referens vocatur. Neq; enim est semitertiana, vt quæ secundo die non inuadat, nec reduplicationes faciat: neq; producta est. Siquidem nunquam febris hominem relinquit. Quare erat æquum huic tribuere nomen illis finitimum. Erat porro rationis nullum instituere aliud nomen, ac τριταιοφυῆ, id est, tertianæ naturam referens. At vero deteriorem fieri fere diebus decretorijs, tertianæ naturam referentium est proprium, non cōmune omnium. Nam in libris de diebus decretorijs didicimus, vsu venire istud febribus malis, vt aliquantulum remittantur, moxq; iterum ex remissione grauius accedant. Si in memoria habeas,

quæ in libris sunt de iudicijs dicta, & de cretorijs diebus, & differentijs febrium; non est quod repetã. Illic enim ea sunt explanata omnia, cuiuscemodi est, qđ hic dicitur, remittebantur. Verum generantur istæ febres, nõ ex succo vno; sed pluribus: quorum calidior febrem acutam succendit, statimq; discutitur. Quæ dum corpus tenet, contingit frigidiorib⁹ corrumpi ac putrescere: itaq; iterum accendi ex illa remissione, qđ est, veluti requie, & iminutione febris, atq; ista febris deterior euadit priore: videlicet ꝙ vires a prioribus molestijs defatigatas offendat. Nam non obscurum est, si vel pari sit magnitudine, qn molestando, etiaʒ validioribus viribus præstabit, nedum infirmioribus. 26

Sudores multi.

Sane in aliis febribus conspecti sunt multi sudores. Potuerũt & aliis citra febrem vitiis, vt conuulsionibus accidere multi sudores ex collecta in corpore multa humiditate frigida propter sta-

tum, quæ a conuulsionis vi expellitur.] Cæterum quibus id dixit accidisse, hi, vt erat consentaneum, multum sudauerunt. 27

Has tantum aberat, ut recrearent, ut etiam contra lęderent.

Has inquit febres, de quibus verba fiunt, tertianæ naturam referentes, sudores comitabantur inanes. Caussa in promptu est. nam attribuimus crudis morbis nec prodesse sudores, nec signũ esse bonũ. Nam vel copiam denũtiant humorũ, vel virium infirmitatẽ. 28

Frigebant his multum extremitates, ac uix calor ijs reuocari poterat.

Cum ob insignem inflammationez viscerum in accessionibus calfactu effi ciuntur difficiles extremitates, tuz propter frigidorum multitudinem humorum: vt de vtrisq; in ante citatis cõmentariis demonstrauimus. 29

Non dormiebant prorsus hi, & rursus soporabantur.

Rurſus inſomnes ait eos fuiſſe, ex parte potius, & non omnino, nec contrarietas magna eſt. Dicit enim quadã tenus ſoporis quoque ſymptωma accidiſſe, hoc eſt, vbi in ſomnum delabuntur, nec vigilantium queũt ſubire munera, vt oſtendimus. 30

Ventres omnibus turbati erant, & praui, at multo his peſſimi.

Humorum in ventrem fluente abũdantia, vt ante dixi, par erat eum turbari. His itaq; naturam tertianæ referẽtibus, de quibus hic diſputat, vt præter cæteros morbos malis, neceſſario etiaꝫ ventres deprauabantur. 31

Vrinę autem plurimis horum erant aut tenues, crudę, decolores, ac tempore nonnihil concoctę: aut craſſitudine quidem prędite, turbatę tamen, nec conſiſtentes, nec ſubſidentes: aut paucę, crudę, uitioſę, & quę ſubſidebant peſſimę.

Cuncta hæc in vniuerſum, in libro Præſagiorum docuit, quę quidẽ etiam

hic tanquam per exempla priuata fidem accipiunt. Quæ quando ante in Præſagiis enarrauimus, non eſt, qđ de conſenſione horũ cum illis, cum ſit cõſpicua, dicamus amplius. Nam ibi oſtẽdimus, ea crudorum eſſe & incoctoruʒ ſigna humorum. 32

Tuſſes comitabãtur, ſed quem uſum uel detrimentum adferret tuſſis, non habeo, quid ſcribam.

Vbi humores nimii expurgantur, ſolent eſſe tuſſes. 33

Itaq; diuturna hęc erant, moleſtaq;, & conturbato, nulloq; ordine, atq; ſine iudicio plurima horum permanebant: quibuſdam perniciose habentibus, quibuſdam non. Si quos autem eorum paululum deſererent, ſtatim redibant. Quibuſdam autem, uſq; paucis octogeſimo cum breuiſſime iudicabantur, atq; horũ nonnullos repetierunt, ut etiam in hyemem plurimis eorum morbus protrahe

retur. Plurimos uerò absq; iudicio reliquerunt.

Nulli dubium est, quin secundam hic hyemem Hippocrates appellet, nō etiam primam, quam in principio retulit totius status. Quos enim hic cōmemorat, morbi omnes altero potissimuz autumno viguerunt. Deinde ineunte hyeme, quidā horum discesserunt, nōnulli longius sunt producti. At vero ꝙ inordinati essent, atq; repeterent, frigori id quidem, & copię morbos excitantiū humorum merito referendum est acceptum. Quo factum est, vt ex æquo ea etiam superstitibus euenirent. 34

Ex ęquo hęc ijs qui superstites fuerunt, & qui non, acciderunt: multaq; fuit acrisia in morbis, eaq; uaria. Ac maximum signum & pessimum ad finem usq; plurimos persecutum est. ꝙ omnem cibum fastidirent, pręter cęteros, quibus cętera quoque exitialia erant. Sitiebant

autem

Inordinatio ac morbi reditus un.

i. no crisis

autem non admodum intẽpeſtiue in his febribus.

Mentre conſtare, & oblatos cibos libentem admittere optimum eſſe alias Hippocrates dixit in vniuerſum, & hic ſingulari confirmat exemplo. Quod porro non perinde ſitibundi eſſent, nimirum abundantium humorum qualitatem eſt conſecutum. 35

Cum autem diu hęc durarent, multi ꝙ eſſent dolores & malus marcor, his ſuccedebant abſceſſus, aut maiores, quã ut ferri poſſent, aut minores quam vt prodeſſent quicquam: ſed ſtatim redierunt, & deteriores euaſerunt.

Vbi multa ſit crudorum humoruȝ copia, abſceſſus fiunt, qui parui ſi ſint nihil conducunt: ſin autem magni, vires his non ſunt pares. Nam quod etiã hoc loco vacuationes per effluxuȝ, abſceſſus vocet, proxima oratione clare ſignificat. 36

Quę hos infestabant, hęc erant: dysenterię, tenesmi, lienterię, & fluxiões alui. Nonnullos etiam aqua inter cutẽ, quę vel hęc habebat adiuncta, uel non habebat.

Quos superioribus verbis extitisse summatim ait abscessus, hic nunc sigillatim exponit. Superius diximus merito tales fuisse morbos, confluẽtibus in ventrem excrementis: dysenterias scilicet cum cruentis excrementis quocunq; modo ortas. Tenesmos vero, q sunt ex omni vehemente in recti intestini dysenterijs exulceratione. Lienteriæ q̃ celeres sunt cyborum non mutatoruz transitus. Fluxiones ventris vocat, cuz sine dictis his affectibus deijciuntur, & semper & assidue humida excreméta. Aliquos etiam in aquam inter cutem ait incurrisse propter copiam humoruz frigidorum & humidorum, hos quidez vna cum prædictis symptωmatibus, illos citra hæc.

fluxiones aluj:

Prȩterea, quȩ uiolenta erant, statim opprimebant, uel nihil proderant.

Qui procedunt morbi à concoctionis difficultate, & copia crudorum humorum, nullum ab excretionibus consequuntur emolumentum. Dixit enim multum violentas confestim opprimere vires: at quæ tales non sunt, nihil iuuare. Quȩ cum etiam duplices sint, nihil proficient, quæ concoctionem nō habent adiunctam. Quia. s. hi etiam multi relinquūtur, nihil commodabit absq; concoctione quicquam. 38

Papulȩ paruȩ, quȩ non essent excernendis morbis, statimq; euanescebant. Aut secundum aures tumores nigricantes, qui nihil denunciarent.

Omnium quȩ tunc inciderent incōmodorum erat caput, cruditas humorum. Quod si quando per vim natura ad aliquos eorum excernendos aggressa esset, nihil proficiebat: imo vero ab ijs superata aut in profundum recurrere per-

misit,aut pp paucitatem excretionu3, abscessum moliebatur. 39

Quibusdam in articulos,presertim in coxendicem decumbebant:paucis decretorie cessabant,statimq; superati ad priorem statum redierunt.

Quod igitur abscessus,qui decūbēdo fit,maxime ĩ diuturnis accidat morbis,in primis ab illo docti in vniuersu3 sumus,& hic exemplo priuato testatu3 habebimus. Quod vero multa eēt affluentia crudoꝝ & frigidoꝝ humiorum nec confectoꝝ,ideo in maximum articulum multis decubuit.Cæterum propterea quod essent difficilis concoctionis,non excernebantur.Qui si cui etiã discussi viderentur, confestim rebellarunt.Scilicet hoc est,quod indicatur,tumores cum ad cutem propellerentur, redirentq;,ad pessimum relapsi statu3 sunt.Etenim hoc significatur ab eo,cū dicit.Statimq; superati ad priorem statum redierunt. 40

Moriebātur autem ex omnibus:sed

Pueri praesertim peribant:

omnium plurimi pueri ablactati iam, & qui natu maiores essent, octennes et decennes, & qui pubertatem iam attingebant. Accidebant iis hęc, non sine illis, quę ante dicta sunt. Superiora uero multis sine his.

Cum in hoc statu potissimuʒ dominaretur humiditas, quippe quæ modū naturalem plurimum excesserat, min⁹ erant obnoxij huic malo ab humiditate & frigiditate profecto, ~~frigidi~~ & sicci. Nam esse obnoxiora corpora illis caussis ostendimus, quæ cognatæ sunt ipsarum intemperiei. 41

Cur pueri morirent:

calidi

Solum uero bonum, maximumq; inter signa quę fiebant, quodq; multos a maximis periculis uindicauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hoc abscessus fierent. Accidit autem plerisq; strangu ria in his ętatibus potissimum, Item aliis multis, qui etiam in

morbis non decumbebant. Et subitus his magnaq; omnium mutatio fiebat. Etenī uentres, etsi forte molles essent, statim male sistebantur, cibosq; omneis libēter sumebant, & posthac leuiter febricitabant. Sed ex stranguria diu hi multumq; laborabant.

Stillicidium

Dixerat etiam antea strangurias his & nephritim accidisse, etsi cōitatem q̄; dam habeant, sed alia pro alijs. Nosq; diximus, vbi per renes excremēta purgantur totius corporis, vrinæ illos stillicidium corripere, cum ob alia, tum præcipue pp confluentium vrinarū acredinem, quæ etiam nūc in caussa fuit. Tenēdumq; rursus memoria est, hic quoq; abscessus dicere illum in strangurias factos, licet per effluxionem, non aūt decubitum de toto emanarent corpore infesti humores. Vt eniz repurgatur non raro per ventrem vniuersum corpus, & item quoq; per renes & vesicaz. Sed est stranguria diuturna, & cum do

Abscessus
q. 57.
50. 2.

lore repurgat totum corpus. Has autē partes erat necessariū, p quas acres excernebantur vrinæ, affici: quia vellicabantur. s. continuaq; excretione solicitabantur. Vnde etiam in ipso vrinaruʒ transitu offendebantur. Dies vero longior eiuscemodi illis symptωmata per excrementorum, quæ expurgabantur, copiam adferebat. 42

Erant his urinę copiosę, crassę, uarię, rubentes, purulentę cum dolore.

Omnia hæc accidebant, qđ supflui tatem humoꝝ vitiosoꝝ totū corpus deponeret. Quo factum est, vt conseruarentur oēs. Cum aūt varia ea esset (vti superius docuimus. Aliud. n. alij abundabat) non miꝝ si varietas quædā fuit vrinarum: vt hæ omnes similes non essent: sed alijs aliæ. 43

Atq; hi superstites omnes fuerunt, nec ullum horum quęquam periisse cognoui. Quęcunq; uero non periculosę.

Quā ob caussā oēs superstitesq; es-

vt hic motus et symptomaticus, q̄ tū prodiderat. pro quo lege. v. aph°: lib. 7.

rōni cōsonat signa coctionis, pcessisse has urinā copiosas ut indicat sequens aphs:

sent, p̄dictum est. Nā p vrinas purgati sunt. Hoc aūt (Quęcūq; v̄o nō pericu lose) qdā sequenti orōni p̄ponunt, vbi hoc interpretabimur post s̄3 statū. 44

Maturationes excrementorum omnes undiq; tēpestiuę aut bonę, & decretorii abscessus considerandi sunt.

Sunt qui finem prioris status constituant huius narrationis initium: vt talis sit: Quæcūq; vero non periculosę maturationes excrementoꝝ oēs vndiq; tempestiuæ, aut bonæ, & decretorij abscessus considerandi sunt: vt orationis hic sit sensus: Quæcunq; vero sine periculo exoriūtur symptωmata, in ijs animaduertendæ concoctiones sunt. At nihil tamen caussæ est, quin per se superior oratio legi possit, vt oratio illi semel de oībus morbis maturatiōe va cantibus in vniuersum habeatur. Concoctio enī naturalis maturatio est morbi. Hæc aūt cōcoctio, in cōquentis substantiam deductio quædam ē eius qđ concoquitur. Ergo vbi corpus bene ha

Cōcoctio

bet, cumq; ei, quod concoquitur, naturæ intercedit familiaritas cum cõcoquẽte, mutatio fit, & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eis, minimũq; superat semicocti. At vero qñ præter naturam affecta sũnt, qđ accidit, vbi sint a natura ĩmutantis, & alterantis aliena: id quod assimilatur, paucum est, semicoctũ vero excremẽtum multum. Iam sicut in corporibus sanis concoctionem indicant excremẽta, non secus in corporibus affectis indicabunt. Itaq; eoꝝ quæ in ventre coquuntur, deiecta per aluum excrementa cruditatẽ & concoctionẽ ex sua forma arguũt: eoꝝ quæ in pectore & pulmone, tussi excreata: eoꝝ quæ in cerebro, per nares excreta: eoꝝ deniq; quæ in venis, cum vrinis effluentia. Sed hęc in cõmentarijs sunt de facultatibus naturalibus declarata, atq; in ijs libris, quibus de iudicijs egimus, præcipue autẽ in libris de temporibus morboꝝ, in quibus concoctionis morboꝝ indicia sũt descripta. Idipsũ hic quoq; iubet Hip

pocrates facere, morborum considerãtes concoctiones ex his quæ excernuntur. At in fine orationis quidam pro cõsiderandi scribunt faciundi: sermonem esse non iudicij: sed actionis volentes, & curationis, consilijq;. Si enim cõsiderare iubet concoctiones, ad dignoscendum & prꝫsagiendum pertinet oratio. Sin autem facere, ad medendum. Iam maturationes efficere calfacientia mediocriter omnia obscurum non est, tū cibos, tum fomenta & cataplasmata: frictio itē modica, & balneū huius sunt generis. Verꝫ istorum singulorum in libris est Methodi medendi explicatus vsus. Atqui non modo concoctiones par erat morborum respicere, aut facere ipsum (vtrunq; enim verum est) sed abscessus etiam ex effluxione, id quod in primis est elaborandum: aut abscessus ex decubitu in parteis ignobiliores. Nam alterum est hoc propositum, vbi abscessum per effluxionem assequi nequeamus. Quare si quidem ad ventrē excrementa contendunt, his præsto es-

ſe debemus cum clyſteribus, qui eo at trahere valent: adeoq; cum iis quæ tota in victus ratione ad hoc conferunt. Sin autem ad renes, cum vrinam cientibus. Quod ſi ad colum, acribus medicamentis illud calfaciendo. 45

Concoctiones, celeritatẽ portendunt iudicii, certamq; ſalutem.

Supremo capite quoſdam dixi conſiderare concoctiones iubere: nonnullos etiam facere, & vtroſq; finem orationis dupliciter ſcribere in enarrando: alteros conſiderare medicos, alteros facere. Equidem ex vſu eſſe vtrũq; dixi medicos meditari, itaq; ſi cõſiderandi ſunt, ſcriptum ſit, omnino comitatur id etiã facere. Nam æmulus Hippocrates pariter ac adminiſtrum vult medicum eſſe naturæ. Veruntamen in priore oratione conſiderãdi ſunt, ſatius ſcribi planum fecit, cum dicat hic concoctiones celeritatẽ portẽdere iudicij, certãq; ſalutẽ. Non profecto portẽdũt dicturus, ſed faciunt, ſi conſuluiſſet ipſis medicis cõ

Med.s naturæ æmulus.

coctiones efficere: sed istud quidem, vbi morbos curat, dat consilij. Nũc in commentatione morborum vulgariũ discretiones illis & præsagia proponit: interim eadem opera medẽdi rationẽ generatim innuit, non tamen exprimit nam quod simul innuat, liquet illud q dem. Etenim si præclara naturæ opera vult imitari medicum: concoctiones autem naturæ opus sunt, clarũ est eos celeritatem iudicij, & securitatem, & sanitatem significaturas: tũ vero nos iis auxiliando, ꝯcoctiones effecturos. 46

Concoctio opus naturæ,

Cruda uero, & inconcocta, atq; in malos abscessus conuersa, aut acrisias, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas.

Vt fiunt concoctiones natura causas noxias superante, ita nõ superante, contraria. Itaq; ei quod est in cõcoctionibus dictum (celeritatem iudicatiõis) aduersatur morboꝝ diuturnitas: ei qđ illic securitatẽ, repugnat acrisia, morsq; & recidiuæ. Ei deniq; qđ illic salubræ

Coctiones quo fiat,

in cōmuni quidem nunc dicta omnia, ſeparatim vero dolores. Nam corpora ſana, ſiue ἀπονίαν, ſiue ἀνωδυνίαν, ſiue ἀοχλησίαν, hoc eſt, doloris carentiam, indolentiam, moleſtiæ vacationeꝫ appelles, proprium habent perpetuū. At Acriſiæ vocabulum bifariam in mentem mihi venit ab illo vſurpari, cū aut oīno iudicium futuꝝ nullum, aut prauum ſit. atq; in vtroq; hoc ſignificato ſunt cruditatum morboꝝ comites acriſiæ. Atqui meminiſtis omnem concoctionem morboꝝ fieri in alteratiōe humorum. Eteniꝫ protenſa eſt per ſolida corpora natura, quę illoꝝ eſt virtus, cū coctionemq; a ſolidis corporibus ſanis humores conſequuntur. nam ſi hęc ipſa ægrotent, in habitu iam hic eſt morbus, ac nōnullos in extremuꝫ adducit diſcrimen. Curari autem prius nequit, quā ſuam virtutem ſolida ipſa recuperauerint corpora: quę in ſymmetria poſita ē calidi, frigidi, ſicci, & humidi. Vnde ipſa etiam ſanitas ſolidoꝝ corporuꝫ in hoꝝ poſita ſymmetria eſt: vt nihil i-

teresse videatur, bonam similarium tẽperaturam dicas sanitatem esse, an elemẽtoꝝ, ex quibus generati sumus, moderationẽ. Veꝝ q morbis solidoꝝ corpoꝝ mederi cõueniat, in libris Methodi medendi exposuimus. Neq; enim omnia vbiq; debeo persequi. Satis enĩ sit eoꝝ, quæ sese obiter de curatiõibus consideranda offerunt, hic capita tantum annotare, quemadmodum in curationibus, signoruz. Etenim quod vniuscuiusq; est commentationis propriũ id decet oĩ ex parte elaborare: qđ ỽo obiter incidit, hoc indicare sũmatĩ. 47

Boni scriptoris munus

Quid autem horum erit potissimũ, ex aliis considerato.

Quorum fecit de arte præsagiendi mentionem, ea in opere de præsagijs tradidit. Nam singula quorum meminimus, ex eo libro citata sunt, quẽ nos commentarijs tribus sumus interpretati. Et ad finem ostendimus libros vulgarium morborum sequi Præsagiorũ librum. Præterea esse scripta a nobis in

Lib. Epidemiorum prudat vos qt p'sagijs:

illum librum commentaria, propter libros de iudicijs, quorum sunt prę sagia explicata & in pernitialibus & lenibus morbis, & quæ constituta sunt iudiciorum in vnoquoq;. Et quæ iam bona iudicia, quæ vero mala, ac firma, atq; nõ firma: deniq; de omnibus alijs, quę ad præsentem speculationez pertinet. 48

Preterita dicito, prę sentia cognoscito, prędicito futura.

Et in Præsagiorũ libro statim a principio dixit: Præsentiens enim, & prædicens præsentia, præterita & futura: qđ scilicet circa tria versetur tempora prę sagitio. quod quemadmodum fit præstandum, per commentaria in illum librum scripta apertum est. 49

Hęc meditator.

Hoc loco meditari dixit pro exercere: Aliubi sæpius curam vocat meditationem. 50

Te ad hoc exerceto, morbis ut prosis, aut ne quid noceas.

Hoc ego tenue duxi aliquãdo, nec Hippocrate dignum. Siquidem omnibus hominibus censui esse perspicuum. debet spectare in primis medicus, vt ægris commodet: sin minus, vt certe ne incommodet. Posteaquam vero non parum multos vidi claros medicos iure ob id reprehensos, quod vel in mittẽdo sanguine, vel lauando, vel medicamento dando, aut vino propinando. aut frigida offendissent, cogitaui mecũ fortasse etiam ipsi Hippocrati tale qd vsu venisse: necessario itaq; multis etiã alijs eius æqualibus medicis. Atq; exinde omnibus anteuertendum duxi, vt si quando magnum ad feram ægro auxilium, ante perspiciam apud me, non solum quantum profuturus sim, si ex sentẽtia cadat: sed etiam ne quid lædam. Nihil itaque vnquam instituí, quin apud me prius periculum facerem, nequid, si votum non obtinerem, offenderem ægrum. Quidam vero Medici perinde ac ij, aleam qui iaciunt, solent ęgrotãtibus remedia ad-

ferre,

Considera medice:



Gal' probitas

medicos experientia abutentes

ferre, quorum adfert offensio magnũ ægrotis incõmodum. Proinde his qui artem addiſcunt, ſat ſcio, prodeſſe aut nõ lædere indignum viſum iri, vt mihi quondã qđ ab Hippocrate literis mãdaretur. At vero medicãtibus iam, nõ dubito, quin eius vis appareat. Quod ſiquando per vehementis medicamẽti vſum temerarium perimi contingat ægrũ, maxime tum ſentient, cuius nũc Hippocrates vim ante oculos propoſuit.

51

Atq; his tribus conſtat, morbo, ęgro, et medico artis adminiſtro. ęgri eſt una cum medico morbo reluctari.

Tria eſſe vniuerſa inquit, in quibus & per quæ curatio conficitur. Primus morbus, deinde Medicus. Oppugnãt ſeſe mutuo, & vt ita dicaʒ, inter ſeſe depugnant ac dimicant Medicus, & morbus. Morbum enim ſtudet Medicus euertere, illi cõtra, vt ne ſit inferior, propoſitũ eſt. Tertius eſt præter illos æger: qui ſi quidem Medico ſit audiẽs & fa-

ciat imperata, ſocius efficitur huic, mor bo hoſtis. Qui ab eo ſi deſciuerit, ac quæ dictat morbus exequatur, duobus nominibus Medico facit iniuriã: vno quidem ꝙ deſtituerit ſolum: altero ꝙ alterũ fecerit, qui erat ante vnus. Enimuero duo neceſſe eſt vno preſtet. Porro aperte imperata facit morbi deſerto Medico æger, vbi cum ei interdicat Medicus frigidæ potione, ille a febris ardore adducitur, vt iſtud committat. Itidem ſi lauet, aut vinũ bibat, aut eiuſcemodi aliud, a quibus abſtinere eum volebat Medicus: nẽ morbũ ille ſcilicet augebit, faciũdis iis, quæ illi placent: atq; Medicum prodet, faciundo quæ non vult. In multis itaq; eſt exẽplaribus ſcriptum, Medicus artis adminiſter. In quibuſdam non artis, cæterũ ſcriptũ eſt naturæ Nihil tamen ad orationis totam ſententiã intereſt. 52

Capitis & colli dolores, & grauitates cum febribus, & ſine febribus ſunt.

Hoc tituli vim obtinet, per quem re

cipit Hippocrates; quo capitis ſolent & colli dolores atque grauitates tandem erumpere, ac quas habeant differētias, ſub hæc dicturum. Proinde eum hoc agentē in ſequentibus, attēdamus. 53

Phreneticis conuulſiones.

Cōuulſiones inquit phreneticos infeſtant, capitis & colli permanentibus doloribus & grauitatibus. 54

Sed & uirulenta uomunt, & ex his quidam ſubito moriuntur.

At demonſtrauimus nos talia alui excrementa & vomitiones, vbi aduritur flaua bilis, fieri, quare ſubdit, ſubito quidam moriūtur, hoc eſt, ſtatim a vomitionibus expirant: ipſum cerebrum ſcilicet eiuſq; mēbranas tenente phrenitide a flaua bile profecta. Quo minus mirandū, ſi deſiccatis his partibus, exiſtant conuulſiones. Atque quidam ſimul atque contracti ſint & vomuerint virulenta, e veſtigio agunt animā. Aliqui ob robur virium vnum ſuperfuerunt diem aut alterum, aut treis, ali-

quando quinque.

In ardentibus autem, cęterisq́; febribus, quos colli dolor, temporum grauitas, caligo oculorum, uel pręcordiorũ etiam contentio, neq; cum dolore corripit, his e naribus sanguis profluit.

Cum enarrarem librum præsagiorum, de sanguinis profluuio, q̃ ita fit, verba feci, interpretans orationem, cuius est initium: Quibus tali in febre dolet caput, & pro oculorum caliginibus cæcutiunt, ac splendor obuersatur: & pro ventriculi dolore in præcordioruз, aut dextra, aut læua parte aliquid contenditur, neque cum dolore, neq; cum inflãmatione, sanguinis his e naribus profluuium pro vomitione expectandum est. At scripsisse illic de his illum absolutius, si capita inter sese cõponas, plane videbis. Tantum igitur erit hic a me adiiciendum, eo q̃ in præsenti capite scripsit Capito (Et præcordiorum contentio cum dolore) Neq; enim re-

lib. 3. 35

ctẽ negationem non detraxit, tum ob veritatem ipsam, tum ꝙ in Præsagijs dixit Hippocrates, Cum in præcordiorum aut dextra, aut læua parte aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflãmatione, sanguinis his e naribus profluuium expectandũ est. Est enim impetus humorum in caput, præcordiorũ sine dolore contentio signũ. Quod quidem si ei accedat dolor, inflammationem sequitur viscerũ. Cum vero calor capitis sursum sanguinẽ trahens, & iecur impellens conspirent, sanguinis est expectanda eruptio. 56

At uero quibus totius capitis grauitates, tum autem cordis dolores, & fastidia sunt: biliosa post, ac pituitosa uomunt.

Hunc sermonem his docuit verbis in præsagijs: Si cui in febre non exitiosa, inquit, caput dolet, aut etiã caligent oculi, si ventriculi huc dolor accesserit, biliosa vomitio imminet. Sin rigor præterea apprehenderit, & subter præcor-

dia partes algeant, adhuc citius vomi-
tio aderit. Si vero bibat edatq; hoc tē-
pore, perquam cito vomet. Si quibus
horum cœpit dolor primo die, quarto
afflictantur magis q̃ quinto, septimo
vindicantur. Pleriq; tamen eorum inci
piunt dolore affligi tertio die, quinto la
borant grauius, deinde liberatur nono
aut vndecimo. Quod si quinto die eos
dolor inuaserit, & alia in iis anteceden-
tibus respōdeant, ad quartūdecimum
morbus finietur. Hæc accidunt viris &
mulieribus potissimum in tertianis: mi
noribus natu accidūt cum in illis, tum
vero maxime in febribus continuis, &
in germanis tertianis. Hæc oratio de iis-
dem, quæ hic docet, in præsagijs scri-
pta est: quā nos in tertio, quem in illū
librum conscripsimus, cōmentario in-
terpretati sumus. Quare cūm exactius
totum hunc sermonem in præsagijs vi
deamus scriptum, nihil est, cur eadē hic
retractemus. Sin autem noui quid in-
sit in hoc libro, id in sequentibus capi-
tibus interpretabimur. Atque hoc me-

moria tenendum est, quod proprie interpretari vocatur, id circa orationes obscuras versari. At nūc interpretum instituto, per abusum etiam caussarum declarationes eorū quæ dicta sunt minus clare, interpretationes appellam⁹. Id quod & nos, morem, qui iam inualuit, consequentes, hoc loco facimus. Etenim dictionem per se apertā ac nullum quærentem interpretem, cōponentes cum eo, qđ ab illa significatur, caussas aperte exponere conamur. 57

Interpretari qđ sit:

Pueros fere in eiuscemodi incōmodis conuulsiones potissimū corripiunt.

Pueri propter infirmitatem simul ac neruosi generis mollitiem cōuulsionibus sunt opportunissimi. 58

Pueri cur opportuni conuulsionibus lege

Eadem etiam mulieribus accidunt, tum ab utero dolores.

Quę ante diximus, accidunt omnia fœminis iuxta atque maribus: eo ꝙ & homines sint, & omnia habeant eadē ac viri mēbra. Quatenus vero eximia illis pars, vterus suppeditat, hactenus

j le dicit 95. 7o autore 23.

huius etiam morbis corripiũtur, ac præcipue in quibus stomacho ꝯsentit. 59

Natu maioribus autem, & quos iam calor deficit, paroplegię, aut insanię, aut cęcitates.

Senibus

Sermo illi de his erat, quibus caput grauatur, dolet cor, & fastidio laborãt, quos ait postea vomere biliosa & pituitosa: maxime si pueri sint. quos etiã plus q̃ iuuenes cõuulsionibus tentari. Quin etiam ab his mulieres dicit & ab vteri doloribus vexari. Inde iam seniores dicit paraplegias, insanias, & cæcitates exercere. Addidit autem sermoni (quos iam calor deficit) caussam, quare hæc eueniunt, reddens. Paraplegias vocat, resolutiões ex apoplexia in partem aliquã decumbentes. Insanias deliria citra febrẽ. Hæc solent accidere senibus naturæ imbecillitate, quæ excernere vomitu, aut profluuio sanguinis excremẽta in capite collecta nequit. Vñ nonnunquã proueniunt cæcitates, vbi in oculos irrumpant.

TEMPESTAS TERTIA.



IN Thaſo paulo ante Arcturum, & ſub Arcturo multi et magni, ſpirãte Aquilone, imbres. Circa ęquinoctium & uſq; ad Vergilias, auſtrini imbres parri, modici. Hiems aquilonia; ſqualores, frigidi uenti, magnę niues. Iam ſub ęquinoctium frigora maxima. Ver aquilonium, ſqualores, pluuię paucę & frigidę. Circa ſolſtitium ęſtiuum. imbres pauci, magna frigora uſque ad Canem. A Cane ad arcturum uſq; ęſtas calida, ęſtus magni, non illi ex interuallo & ſenſim increſtentes, ſed perpetui uehementesq;: non pluit, ſpirauerũt Eteſię. Circa arcturũ uero pluuię ad ęquinoctium uſq; uernum auſtrinę. Hac in

Lege pro hac Tempest. No tamen Epidem. 2 8

Casus q proponit in hoc p° lib. ... gerit in hac 3a Tempestate quae caeteris fuit prior:

tempestate hyeme paraplegię cæperūt, multosq; corripuerunt ex quibus nonnulli subito moriebantur, qui quidem morbus mire uulgabatur, cętera incolumes constabant.

Frigidus est & siccus status; quē hic exponit, ac etiam ex parte inæqualis. In omnibus igitur his cuz autūni esset similis, morbos etiam habuit, qui maxime solent in autumno vigere. Atque fuisse inæqualem hinc cōstat. Nam circa Arcturi emersum cum Aquilonijs ventis pluuias ait magnas fuisse. Deinde secutum totum huic contrarium statui autumnum : pro aquilonio austrinum fuisse, pro pluuioso paruas habuisse pluuias. Mox hyemem aquiloniaz & siccam fuisse, postea item ver totum vsq; ad Canis ortum. Vnde planū est, in hoc statu siccum & frigidū satis valuisse. Iam etiam patefactum est, principium eius vsq; ad hyemem fuisse inęquale. Inde rursus post Canē ex aqui

muu Stra-rus :

lonijs & frigidis æstus ait subito fuisse magnos & aquilonios. Sub hęc imbres iterum austrinos. Manifestum est igitur totius finem status, qui post Canez fuit, perquam fuisse inæqualem. Itaq; morbos ordine exponit clare omneis, qui tum viguerunt, ac nulla est hic obscura, nisi raro; dictio posita. Cæterum quando morborum, qui inciderunt, cōmemorare caussas instituimus, faciundum est vt illas ad verba eius applicemus: verba autem ipsa in breuia fecemus capita, quæ assequentur, qui ea, quæ tum primo sunt libro, tum supra in hoc exposita, memoria teneāt. Ergo paraplegias dicit in hyeme fuisse, capite scilicet læso ventorum afflatu, qui ea tempestate spirauerūt, frigidorum. maxime vero ꝙ totus autūnus austrinus calfecerat & irrigauerat ipsum, simulq; repleuerat. Nam caput qđ sic est ante affectum, plurimum læditur flantibus ventis frigidis & aquilonijs. Haud tamen alius hyemem solicitauit morbꝰ, ꝙ esset sicca. Siquidem in Aphorismis

Quid sit paraplegia

Caput laeditur ab aquilonib. frig. ventis

est dictum, squalores esse imbribus salubriores. At ex paraplegijs tamen peribant. Siquidem ipse dicit Hippocrates: Qui quidem morbus mire vulgabatur, perinde ac insolentes, propter paraplegiam, quæ præter consuetudinem accidit. Siquidem, illa quę frequens est, in membri resolutionem decũbit: verũ tamen hominem non perimit. At vero quæ in præsenti statu viguit paraplegia, letalis erat, vtpote multum refrigerato capite. 2

Ante uer febres ardentes cœperunt, ac ab ęquinoctio ad ęstattem usque perdurabant. Itaq; qui uere & ęstate ineũte statim cœpissent ęgrotare, plurimi superstites fuere, atque parum multi moriebantur.

In propatulo est non hoc eum dicere, quãq; ex ipsis febribus ardentibus; quæ ante Ver cœperant, in æstatẽ vsq; esse productam, sed ꝙ ipsarum generationi toto eo tempore vulgari conti-

lib. iij. aph. xv:

Paraplegia letalis: ob nimiã capitis refrigerationem:

gerit:ita vt modo hoc tempore, modo illo Thasij ea febre corriperētur. At nō est in omnibus exemplaribus eodem modo hæc scripta oratio. Equidē optimam censuerim scripturam secūdum sequentem orationem, vt hoc significet, tota ęstate perdurasse ortū febrium ardentium, ac tota fuisse hac tempestate moderatas, nec exitiales: initio autūni, qui his corripiebantur periisse multos. Itaq; q diu essent febres ardentes lenes, rationi videtur consonum. erant enim moderatæ, sicuti quæ antecessissent hunc statum: nec synceræ, vt non a mere calido, & sicco statu genitæ: nec omnibus etiam incesserant tēperamentis: cæterum his, quæ iam pridem bilis copiam collegerant. Omnino quid in caussa fuerit, cur tum febres ardētes inciderent, est inuentu obscurum: eo q æstatem præcedentē prorsus præterierit Hippocrates, atq; ab autumni initio narrationem sit auspicatus. & vero longe implicatius, q sit verisimile æstatē illam tenuisse naturale suum tempera-

Ardētes nō syncera

Difficultas

mentum, quæ profecto si omnino ali-qua ex parte degenerarat, declararet Hippocrates eius statuȝ. Ergo calidior fortassis fuit, ac non ita multum natiuū statum inflexit: vnde nec scribendam duxit illam, quasi pręter naturam iam affectam. Verūtamen quando æstate, vt etiam in natura sua constet, amaræ bilis succus increscit necessario: hac de re, cum ea æstate esset, non tantum solito, sed longe etiam copiosior, ab insequente est gelu in corpore cōseruatus, quo minus difflaretur & digereretur. qui postquam diu delituisset, ac diuturnitate computruisset, febres excitauit ardentes. 3

In autumno iam, ac cum pluere cæpisset, letales erant, plurimiq; peribāt.

Reuocemus ad memoriam, quod in exitu sermonis, quē de hoc habuit statu, scripsit: Pluuiæ multæ vsq; ad æquinoctium vernum. Dixit pręterea de tē-pore post Canis exortum, vsq; ad Arcturum ad verbum sic: Aestas calida,

æstus magni, non illi ex interuallo & sensim increscentes, sed perpetui, vehementesq;, non pluit. Vnde liquet eum statum bilem generasse. Quare cum pluuiæ illam austrinæ exciperent, iure ardentes febres complures eæq; letales viguerunt: quando Auster dissoluere corpora cõsueuit, humoresq; fundere, adeoq; putrefacere simul, vbi cum largioribus sit cõiunctus imbribus. 4

Febribus autem ardentibus hęc accidebant. Quibus rite & largiter sanguis per nares erupit, ea de caussa maxime seruabantur. nec ullum noui, si ręcte ei profluxisset sanguis, in hoc statu quenquam mortuum. Nam Philiscus quidem, Epamenon, & Silenus, quibus parum quarto die & quinto e naribus stillauit, mortem obierunt.

Cum alioqui est ardentibus febrib⁹ peculiare, per narium profluuia fere iudicari, tum eo tempore ait multis sanguiné de narib⁹ erupisse. Atque de sin

guſis ægris, omnia quæ poſtea prodi-dit, vnum hoc habent caput. Quibuſ-cunq; abunde profluxit ſanguis, fuiſſe hos ſuperſtites: quibus parce, aut proр-ſus nihil ſtillarũt nares, ſolos hos periiſ-ſe. Alios iam nõnullos, quibus aliæ fie-rent naturales excretiones, vel per ven-trem, vel per vrinas, ſeruatos eſſe. 5

Plurimi igitur ęgrorum circa iudi-cium rigebant, potiſſimũ hi, quibus ſan-guis nõ profluxiſſet, qui quidem ijdem poſtea iterũ riguerunt, ac exudarunt.

In libris de rigore oſtenſum eſt, ama-ram bilem, quæ cum impetu per ſenſi-bilia & carnea corpora ad excretioneꝫ fertur, conſequi rigorem. Declaratũ eſt præterea, motui huic ſudoreꝫ comitari cõſentaneũ eſſe: Interim vero millioſas etiã vomitiones, & alui deiectiones. 6

Rigoris comites:

Erant qui ſexto die morbo regio af-ficerentur, ſed his purgatio profuit per ueſicam, uel turbata aluus, uel largum ſanguinis profluuium. Vt Heraclites,

qui apud

qui apud Aristoclidem decumbebat: cui per nares sãguis profluxit, aluusq; fuit turbatu, & per uesicam est purgatus, Vigesimo autem die iudicatus est longe aliter ac Phanagoreon seruus, qui, cum ipsi horum eueniret nihil, perijt.

Quibus non valuit bilem natura excernere, his collecta ad cutem morbum regium excitauit. Pernitiale erat autem, vt etiam in Aphorismis est dictum, ante diem septimum existere illum. Atq; horum ipsorum illi soli fuerũt salui, quibus alia ratione natura retrimentum excernere valuit: quas treis commemorauit, excretiones vrinaruz, vẽtris fluxionem, ac sanguinis eruptionem. Quosdam autem omnia ait hęc habuisse, vt Heraclidem: huncq; vigesimo diæ iudicatum fuisse. lib. 4. 62.

7

Sanguis autem plurimis erupit, prę cipue adolescentulis & iuuenibus. quorum perijt maxima pars, quibus sanguis

non profluxit. Senioribus uero ad morbos regios, aut citas aluos, aut dysenterias res deuenit. Vt Bioni, qui apud Silenum decumbebat. Vulgabantur uero dysenterię & ęstate. ac nõnulli qui diu ęgrotarant, quibus etiam acciderũt profluuia sanguinis, in dysenteriam tãdem inciderunt. Vt Eratonis puer, et Milus qui post sanguinis multum profluuium, in dysenteriarum statum delapsi sunt.

Ex sanguinariũ fluore in Dysẽteriã progressus.

Adolescentibus debere sanguinem erumpere e naribus in confesso est, ac post hos adultis quoq;. At vero qui his seniores essent, imbecillis iam viribus, insitoq; calore imminuto, in morbum regium magis bilis abundantia erumpit. Etiam quibusdam ventris contigit turbida excretio, aut dysenterica, q̃bus hinc excrementum ventris exijt. Quare ex his, quę ante in medium adduximus, & vero quæ postea docebim⁹ nõ addubitabis sanguinis profluuia in ar-

dentibus febribus ob dominantem fieri flauam bilem, quæ ſanguini permiſta, poſtq; eum deuſſerit, cuʒ eo multũ ad caput caloré ſubuehẽs, venis nariũ diruptis, ſanguinis efficit profluuia. 8

Copioſus igitur hic humor fuit, maximeq; abundabat. Etenim quibuſdam circa iudicium ſanguis non profluxit, ſed tubercula ad aures excitata euanuerunt. quę cum euanuiſſent, ſecundum ſiniſtra ilia, in ſummamq; coxam grauitas decubuit. Cumq; poſt iudicium dolores inceſſiſſent, urinęq; tenues redderentur, ſanguinis pauxillum erumpere cœpit. At circiter quartum, et uigeſimũ diem Antiphonti Clitobuli filio abſceſſus fiebant in ſanguinis profluuium. Id quod ſedatum eſt, & eſt iudicatus prorſus, die quadrageſimo.

Certe propter periculum. Etenim magno erant in diſcrimine, nihilq; pro

pius factum est, quam vt non seruarentur: cum vix vigesimo quarto, & quadragesimo die auxilium sint a sanguinis profluuijs consecuti. 9

Multę pręterea mulieres languerũt non tamen ita ut uiri frequentes, minusq; multę perierunt. Plurimę autem grauem partum habuerunt: & a partu in ęgritudinem inciderunt. quę quidem potissimum moriebantur. Vt Telebuli filia, quę sexto a partu die defuncta est. Plurimis itaq; menses in febribus eruperũt. Quibusdam e naribus sanguis profluxit, & multis uirginibus id tum primum accidit, Nõnullis simul & sanguis e naribus & menses proruperũt, quod in Detharsis filia uirgine tum primum animaduersum est, largeq; ex naribus sanguis profluxit. Atq; nullam de ijs, quibus horum quicquã rite euenit, mortuã cognoui. Quibus uero contigit prę

gnantibus ęgrotare, omnes, quas equidem noui, perierunt.

Optimo ſane iure minus mulieres ægrotabant quam viri, minusq; in diſcrimen adducebantur, vt quæ per ſanguinis eruptionem iudicia efficerent. quippe habebant congenitum auxilium menſtruam purgationem. At difficultate laborarunt pariendi, quod frigidus eſſet ſtatus. Atq; quas corripuit morbus quiſpiam, hæ abortiebãtur eadem ratione. 10

Vrinę autem pleriſq; boni quidem coloris erant, cęterum tenues, & pauca habebant ſedimenta, cum retrimentis tenuibus bilioſiſq;. At multi alij, qui iudicati erant, ad dyſenteriam deueniebant: ut Xenophanes & Critias.

Has vrinas tenues ceẽ, hoc ẽ, dilutas ait, & qdem paulo poſt iteꝝ ſcripſit. 11

Vrinę dilutę, multę, liquidę, tenues poſt iudicium, in quibus multa ſubſede

runt, aliaq; sunt rite iudicata. Subijciã quibus hęc acciderunt: Bioni, qui apud Silenũ ęgrotabat: Critię, qui apud Xenophanẽ: Aretonis filio, & uxori Mnesistrati.

Recensitis nominibus eorum, quibus ea erat vrina, subdit. 12

Postea hi omnes dysenterici euaserunt. quod urinas reddiderint dilutas, attendendum est.

Etenim verisimile erat, qđ biliosum excrementum per vrinas non esset euacuatum, vbi in ventrem fluxisset, dysenterias generasse. Consentaneum porro erat, eo qđ multum hic humor valeret ac vigeret, nisi biliosa excrementa p vrinas essent euacuata, ex eo quod etiã tum reliquum erat in corpore, dysenteriam illis excitatam esse. 13

Circa Arcturum multi habuerũt iudicium undecimo die, atq; his recidiuę non rite fiebant. Sub hoc autem tempus sopore opprimebantur, atq; hi maxime

pueri:q quidē oīum minima interibāt.

Clarum ē eum ortus meminisse Arcturi alterius anni, quem descripsit in exitu narrationis. Erat igitur hic austrinus cum imbribus vsq; ad ęquinoctiū autumnale. Atq; hac ait tēpestate die vndecimo secure multos iudicatos fuisse, simulq; sopore tentatos, ob austrinū sane statum: ob quem iudicia etiam illis fuerunt certiora ac alio tempore, vbi aeris dominabatur frigiduz temperamentū, quo diuturna ait iudicia fuisse. Cæterū tempus quod inter Canem intercessit & Arcturum, quod quidem calidum habebat & siccum statū, præterijt: quo verisimile erat celerius fuisse multos iudicatos, vt ne septimū diez quidem superarent. Itaq; hoc tanquaz illi tempori familiare prætermisit morbos vero vulgatos solos perseqtur. 14

Coniectura Gali

At uero circa ęquinoctium usq; ad Vergilias & sub hyemem consequebantur ardentes febres. Et uero plurimi ēt

tunc phrenitide corripiebantur, quorũ moriebantur pleriq;.

Ardentium febrium & phrenitidis pro loci quem tenent diuersitate, autor idem est humor. Nam cum in vasorũ capedinibus vna cum sanguine continetur flaua bilis, vtcunq; accendatur, contingit febres ardentes prodire: præcipue vero vbi in ventris, aut iocinoris aut pulmonis venis bilis efferuescat. At quando ad solidas corporis partes perueniat, ac ea permeet, rigorem constituit, sin autem in cerebrũ eiusq; mẽbranas sit impacta, phrenitides iducit. Verum priusquã inherescat, perfluens venas in ijs sitas, non phrenitides, cæterum, quę in vigoribus sunt febrium, deliria efficit. Proinde bilis, quæ primo in venis imis ardentis febris causa fuerat in statu hæc austrino ab Arcturo ad æquinoctium, ad caput sublata, & in cerebro defixa eiusq; membranis, phrenitides generauit.

Aestate item pauci in eã inciderũt.

Paucos ait in phrenitiȝ incidiſſe. Nã eius pars vſq; ad Canem erat frigida, pars vſq; ad Arcturum, calida & ſicca. Proinde non poterat hæc caput interiȝ replere, vti nec Auſter ille, qui ſub Arcturo ad æquinoctium vſq; flauit. Neq; enim humidum erat, neq; diuturnũ quod inter Canem interuenit ſpatij & Arcturum. Dictum eſt, vbi multa bilis in cerebri regiones influxit, phreniti das excitatas. 16

At cum febres ardentes inciperent, annuntiabant quibus exitium impenderet. Siquidẽ ſtatim ab initio febris acuta eos corripiebat, a qua parũ rigebant, inſomnes erant, grauiter angebantur, ſitibundi, faſtidioſi, paulum in fronte & clauiculis ſudabant, ſed nemo per totum corpus, multum delirabãt, timores, mæſtitię, extremitates ſubfrigidę: ut ſũmi pedes magiſq; manus, Acceſſiones diebus paribus. Plurimi quarto die ma

vide pag. 8 fol. 49.

Signa futuri exitij

In febre ardente acceſſiones in diebus paribus:

xime laborabant, ſudores diutiſſime frigidiores, extremitates non iam ad calorem redibant, ſed liuidę erant et ſubfrigidę, nec ſitiebant. Ad hęc erant urinę his nigrę, tenues, paucę. Et alui erant durę, nec profluxit e naribus ſanguis, ne his quidem, quibus hęc accidunt, ſed parum ſtillarunt, neq; recidiua ulli horum aduenit, cęterum ad ſextum diem cum ſudore expirabant.

Vt omnia huius operis, eorum ſunt quæ alijs in libris abſolutè tradūtur ab eo, exempla, ſingula ipſis oculis examinante: ita etiam quæ hoc loco adducit. Nam exitioſis febribus ardentibus ſymptωmata accidiſſe ait. Ab initio rigentes ſtatiꝫ, vigilantes, faſtidioſi: ad hęc in fronte & clauiculis parum ſudantes. Nam quod acuta laborarent febre, ſimulq; ſitirent, erant hæc quidē naturæ propria ipſius affectus. Quod vero ſtatim a primo rigerent, propriuꝫ

erat prauitatis. Etenim iudicare arden tes febres rigor ſolet, non tamen eluce re ſtatim decretoria oportet. At vero vi giliarum, & angoris ſymptωma ſemper exitioſum eſt, nedum in principio, vt ſudare. Iam vero delirare, quod eſt ab ſurda loqui, id eſt deſipere, læſum ſigni ficat cerebrum. Timores vero magno pere acris & deuſtæ flauæ bilis ſymptω mata ſunt. Cognatæ iá timoribus ſunt mœſtitiæ. At partium extremarum fri gus pernitioſiſſimum febribus ardenti bus ſymptωma eſt & ſignuz. quemad modum etiam deſipere, febris æſtu ca put inflammante. cum proprium ſit & familiare febribus acutis vri extremis partibus corporis, quæ ſi quando refri gerentur, regionesq; ardeant ad viſce ra continentes, in corporis meditullio coactum ſanguinem eſſe indicio eſt: extrema autem membra ſanguiné de ſiderare, refrigerari, & ſemel emori, de ſtituente iam ea natura. Iam acceſſio nes cum diebus paribus fiunt à princi pio ſtatim, interim ad ſextum dié peſ

ſimum iudicium fore prænuntiant: interim in longum producendum morbum. At ſiquidem admodum moueãtur, quarto die prauam habente acceſſionem, ad diem ſextum de vita decedunt. Vt hi de quibus ſermo habetur. Ad quartum igitur diem eos habuiſſe dixit maximos labores, hoc eſt, dolorifica omnia ſymptωmata: & ſudores diutiſſime frigidiores. Quare liquet diem ſextum mortem his cum ſudoribus allaturum. Quod vero extremitates liueſcerent, neq; eis amplius calor rediret, demori eas indicat, & eſt argumentum conſtans, non poſſe vltra diem ſextum vires ſuſtinere. Huc acceſſit ad cumulum aliud ſignum exitioſum, quod cũ antea æſtuaſſent, amplius nõ ſitirent. Atqui quando qui antea ſiti flagrarẽt, poſtea eſſent a ſiti liberi, horum duorũ fit neceſſe eſt alterutrum, aut morbi ſolutio, aut virtutis extinctio: ita vt præſentia mala amplius nõ ſentiat. At nõ contigit a morbo his vindicari: ſiquidẽ exitialia erant ſymptωmata. Proinde

Extremitatu liuor:

Nõ ſitire post ſitim: vide 53.

his ſignum erat perditi ſenſus, non ſitire. Itaq; cūcta hæc, quę retulimus ſymptωmata, mire cacoethe ſunt, & exitialia. Atq; vna cum his vel maxime vrinæ, quæ nigræ erant, tenues, & paucę. Nigræ quidem, vtpote aduſto iam bilioſo humore: paucæ, quod omnis eſſet ex ſanguine humor ab ardente febre toſtus, quodq; vrinæ inſtrumenta iam emortua eſſent. Eandem ob cauſſam etiam aluus reſtitit. Quin etiam ſtillaſſe nares, quod pernitioſum eſt ſignum cum in alijs, tum maxime in febribus ardentibus, ait. Nam ardētibus febribrus hoc pernitioſiſſimum eſſe, patet: ſiquidem eis eſt familiariſſimū ſanguinis profluuium. 17

Phreneticis autem, quę ſupra ſunt ſcripta, omnia acciderunt. iudicabātur fere die undecimo, nonnulli uigeſimo.

Qui citra ardentem febrem in phrenitim inciderunt, his illa non euenerunt. Nam hos, qui vna cum ardente febre ad ſextum diez moriebantur, ge

minato ipso malo phrenitis arripuit. Ad diem vero vndecimum consecutum dicit esse iudicium, nonnullis ad vigesimum. 18

Quos non statim a principio inuasit phrenitis ad tertiũ, uel quartum diẽ, sed primo tẽpore mediocriter habebãt, ad septimũ diẽ his acutus morbus euasit

Morb. factus acutus in Septima:

Quibus tertio aut quarto die cœpit, interpellataq; est, dimidia facta iudicatione. Cæteruȝ phrenitis non erat nimium acuta ægris. Conspeximus enim etiam tales febres. 19

Itaq; extitit morborum magnus numerus. Inter ęgros autẽ cum primis moriebantur adolescentes, iuuenes, adulti, glabri, quibus albida esset cutis, recti ca pilli, uel nigri, nigri oculi, qui in otio & socordia uitam degerant, qui sonora uoce essent, uel gracili, uel aspera, blęsi, iracũdi: mulieres quoq; plurimę ex hoc genere peribant.

Ociosi morni:

Sicut ante dixi illum, quæ erant ob ſcuriora, exponere, adijci autem a nobis cauſſas: Ita iam ſermonis affirmo ſententiam non eſſe apertam. Vtrum eniꝫ de phreneticis ſolis, de quibus verba fecit, ſint interpretanda illa, an de morbis omnibus antedictis, incertum eſt. Quinetiam ipſum ſermonis initiū diuerſe ſcribunt: quidam hunc in modum: Morborum autem magnus fuit numerus. de ipſis phreneticis ſolis, quibus hæc ſubiecit, hæc verba fieri volētes. Aliqui hoc pacto: Itaq; fuit morborum magnus numerus. Qui quidem contra de omnibus volunt prædictis ſermonem haberi. Si de omnibus intelligamus, neq; definiamus, qua de re adoleſcentes, iuuenes; & adulti pereāt: qua de re autem glabri, & albidam cutem habentes: qua de re qui rectos habent crines, & nigros oculos: qua de re qui in otio vixerunt, & ſocordia: Iam vero qua de re qui gracili ſunt voce, q blæſi: Itideꝫ qua de re iracundi, & qua de re mulieres. Hæc niſi ſint omnia pla

Sensus verborum Hipp^ris incertus.

ne distincta, ex his, quæ dicta sunt, nihil nobis quicquam, neq; ad præsagiendum conferret, neq; ad medendum. Sin autem non de omnibus morbis, verum de quibus verba faciebat, de solis phreneticis, hæc interpretemur, maximo vel sic negocio inueniantur caussæ, quare ex his, quos commemorauimus, perierint plurimi. Huc accedit, quod ipsum (plurimos perijsse) anceps sit. Alterum, posteaquam multi tales phrenetico sunt morbo correpti qui ea tempestate passim mortales perimebat, propterea dictum est multos esse sublatos. Alterum est: Eoruz, quos inuasit phrenitis, partem maximaz expirauisse accipimus. Quo fit vt etiam caussæ euadat declaratio duplex: vt omnes, quos retuli, opportuni essent in hoc statu phrenitidi, atq; declarãduz nobis inter eos qui phrenitide laborassent, hos potissimuz expirasse. Atq; sermonis obscuritas ea est & tanta. Ei autem anteuertendum est, vt vniuscuiusq; cõmemoratoȝ temperamentuz inueniamus.

Difficultas causæ inueniendæ

ueniamus. Nam abſq; hoc nequit hic ſermo tempeſtati aptari. Videtur autẽ Hippocrates in ſua oratione ætatũ calidiſſimarũ meminiſſe. Siquidem adoleſcentes, inquit, iuuenes, & adulti. Naturarũ vero, quibus obturata ſunt ſpiraméta. Náq; glabros, & qui cute ſunt albida, item qui capillis rectis, capillis nigris, nigris oculis, & qui domi in otio inertem vitam egerunt, oſtendimus cũ in alijs cõmentarijs, tum in iјs quos de temperamentis cõſcripſimus, minus digerere habitum: ꝙ frigidiore ſint temperamento. Et eadem de cauſſa mulieres, quas propter menſtruam purgationem minus ſtatus offendit, vt ſupra diximus. Quod ſi quæ morerentur, ex hoc erant illæ genere. Reliquum igitur eſt, vt de his qui gracili ſunt voce & aſpera, item de blæſis & iracundis videamus. Ac primum de his qui ſunt gracili voce, qui primo ſunt loco relati. Igitur ἰσχνόφωνοι ſignificat gracilem vocem habentes. ἰσχνόφωνοι enim ſunt, qui etiamnum appellentur, vt etiam

λεπτόφωνοι, id est, exili voce. Vtrunque itaque nomen idem significat: nihilominus hi ab illis qui voce sunt gracili, differunt, vt est in libris de Voce dictum: vbi demonstrauimus illam fieri ob angustiã asperæ arteriæ gutturis. At gracilem vocem propter musculorũ guttur mouẽtium innatum vitium. Vtrique in prima cõformatione contrahunt ea vitia ob caloris innati infirmitatem. Et quemadmodũ deteriorem a principio guttur mouentium musculorum figuram graciles voce cõsecuti sunt: ita linguæ musculorum, blęsi. Aspera vox fit propter asperitatem vocis organoruz. Vocis organa voco, per quæ spiritus redditus vox efficitur. Hæc sunt aspera arteria, guttur, fauces, veluti spiritus pectoris per ipsas transeuntis. Nam hæ vocis instrumentum esse sunt ostensæ: vt locutionis, lingua. Nonnihil etiam ad ad eam fauces referunt, quæ densam reddunt. Hæc igitur organa, vbi læuia sint, læuem ostendimus vocem reddere: aspera asperam. Atqui asperitatem

Exilis uox
Vox gracilis
Blæsi
Vox aspera
Vocis organa

ex ſiccitate docuimus oriri. Ita quæ poſt ætatẽ hactenus diximus omnia, ſigna ſunt temperamenti frigidi. Sola vero ſiccitas vtriq; temperamento coniungitur, & frigido, & calido. Quare qui ſimul cum ſicco temperamento frigidi ſunt, his ęgre digeretur corporis habitus, vt antedicti. Qui vero his ſunt calidiores, non ſtatim adeſt hoc. Vnde hos ab oratione excepimus, alios relinquimus, quibus eſt cõſentanea oratio. Erat porro propoſitũ multos mortuos eſſe, inter quos ætates recenſuit, & naturas. Ego ętates calidas dicebam eſſe, in quibus amaræ bilis ſuccus viget. Naturas, quæ difficilem habent habitus digeſtionem. Itaque ex ijs, quorum ab initio hactenus meminimus, reliquum eſt, de iracũdis vt agamus: quos maxime contrarios ait eſſe iratis. Magnanimi enim irati ſunt, & humilium rerum contemptores. Contra iracundi puſillanimes, ꝙ generoſo, viriliq; animo non ſint. Quare iracundi temperamento frigidiore erunt, vaporeſq; di-

gerent difficulter. Cæterũ quod ad exitum est capitis dictũ (Mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribant) non cõstat, an ad finẽ sit modo referendũ, an ad ea quæ ante sunt dicta. Postremi autem sunt illorum iracundi, & mulieres huic generi affines plurimas interijsse subiecit. Attamen potest vtroq; modo vera esse oratio, siue ad omnia referat supradicta Hippocrates, siue ad postremum tantũ. Quod si ad omnia referre sit verum, rectius sic interpreteris. Pueris enim, quod vltimo est loco dictum, etiam attribuitur. Cæterum ad hunc modũ non sunt omnia dicta. sed tamẽ mulieres huius generis dicit mortuas esse, cõparans eas viris. Nam superius est dictũ, Multæ ꝑterea mulieres, non tñ ita vt viri frequentes, minusq; multæ perierũt. Verũ hoc nunc vult dicere: Mulieres his captę morbis, magis interibant, q̃ prędicti generis essent. 20

At uerò hoc statu quatuor his pręcipue signis seruabantur. Quibus enim

aut ex naribus probe ſanguis proflu-
xiſſet, aut qui per ueſicam urinas mul-
tas & multo bonoq; preditas ſedimen-
to reddidiſſent: aut per uentrem turbi-
da, bilioſa, tempeſtiue: aut qui in dyſen
teriam incidiſſent. Multis uerò uſu ue-
nit, ut nõ ab uno illorum iudicarentur,
ſed per omnia plurimi excernerent. qui
quidem grauius habere uidebantur. Ve-
runtamen omnes, quibus hęc acciderũt,
ſuperſtites erant. Fœminis uirginibus
eueniebant etiam omnia, quorum memi
nimus, ſigna. Quibus autem aliquod ex
his rite fieret, aut menſes largius erum-
perent, per hęc ſeruabantur, & iudica-
bantur, nec harum, quibus iſtorum quid
recte eueniret, mortuã ullam uidi. Nam
Philonis filia, cum ex naribus ei ſan-
guis copioſe erupiſſet, ſeptimo die intẽ-
peſtiuius cœnata, defuncta eſt.

Tum hoc caput apertum est, tum sequens, vbi de mulieribus agit. Nam summa quidem, quam tradit, hæc est, aliquos per sanguinis profluuiuз, alios per vrinas, aut per aluum, nonnullos erumpentibus in dysenteriam caussis, incolumes esse potuisse. 21

Quibus in febribus acutis, atq; adeo ardentibus spontaneę erumpunt lachrymę, his est (si quidem reliqua non sint exitialia) narium profluuiũ expectandum. Qui incommode habent, his non sanguinis eruptionem, uerum portendunt mortem.

Et hoc etiam portendit sanguinem profluxurum, qđ in superioribus præteritum hic profert. Porro est ipse satis sermo clarus, si memoria teneas ea, quę supra tum hoc ipso in libro dixit, tum in libro Præsagiorũ, Equidem hæc omnia sigillatim in cõmentarijs in librum Præsagiorum, & in libris de iudicijs explicaui. 22

Tubercula ſecundum aures, quę in febribus cum dolore extuberant, nõnullis, cum febris decretorie ſedatur, nõ reſidēt, neq; ſuppurant: hęc fluxio alui biliosa, uel dyſenteria, uel in craſſis urinis reſidentia diſcutiunt: Id quod contigit Hermippo Clazomenio.

In primis hæc refert cum modo prædictis meminiſſe, vt ne arbitremur ſemper ſignũ eſſe perniciale parotidas nõ ſuppurare. Nam hoc ait in ſtatu, febribus quidem decretorie quoſdam liberatos, hoc eſt, die decretorio, & cum ſudore, vel quopiam alio ſic iudicantiũ: at remanſiſſe parotidas tamen. Deinde diuturnitate temporis, per quas dixi vrinas reſediſſe, vel per alui excrementa & dyſenteriam expurgatis morbum conſtituentibus cauſſis. 23

Parotides nõ suppu rate, lege et. 87.

Iudicia uero, ex quibus cognoſcimus, aut ſimilia, aut diſſimilia ſunt.

Quæcunq; Hippocrates de decre

toriis diebus docuit,hæc habes duob⁹ in voluminibus a nobis collecta, in libris de decretorijs diebus, & Iudicijs. Nihilominus nunc etiam huius sermonis caput breuibus dicam. Iudicia partim dicit similia, partim dissimilia fuisse. Deinde adijcit,multos in recidiuam incidisse,eosq; ijsdē cōstitutis plane die decimoseptimo iudicatos fuisse. Deinde alios a recidiuis die vigesimo,eosq; non similiter. Exēpli gratia,primū meminit duorꝫ fratrū in hac oratione. 24

Vt duo fratres,qui habitabant prope Theatrum,simul eadem hora cœperunt egrotare. Erant autem Epigenis fratres. Horū natu maiori decreuit morbus die sexto, minori septimo: repetijt simul ambos eadē hora, intermisit dies quinq;, Ab recidiua ambobus simul est decimoseptimo die penitus iudicatus. Plurimis uero iudicatus est ad diē quintum, intermisit die septimo,ab recidiua

iudicatus eſt die quinto. Aliquibus iudicatus eſt ſeptimo, intermiſit ſeptimo, ab recidiua iudicatus eſt tertio. quibuſdam iudicatus eſt die ſeptimo, tertio intermiſit, ſeptimo iudicatus eſt. Nõnullos reliquit die ſexto, intermiſit die ſexto, ſexto inuadebat. Aliquos reliquit die primo, inuaſit & iudicatus eſt uno die. Quod factum Euagunti eſt Daipharſis filio. Fuerunt, quibus iudicatus eſt die ſexto, reliquit die ſeptimo, & ab repetitione iudicatus eſt die quarto, ut Aglaidę filię. Plurimi itaq; ęgrotantium in hoc ſtatu, hunc in modum languebant, Neq; quẽquam noui ſuperſtitem fuiſſe: quem recidiuę rite factę nõ repetierint. omnesq; ſeruabãtur, quos equidẽ noui, quibus hoc genus recidiuę euenerunt. Neq; ęgrotantium hoc modo quẽquam noui, quem recidiua iterũ repetijt. Plu=

rimi qui perierunt ęgri, sexto die sunt defuncti, ut Epaminundas, Silenus, & Philiscus Antagorei filius.

Quod huius orationis est vtile, clarum est ex superioribus. Inutile vero obscurum. Quare inuestigare ipsum non conueniebat. Cæterum qui vtilia student, elaborāt, inquirendo, quonam dixit modo Hippocrates seniorem habuisse die sexto iudicium. iuniorem septimo. Deinde cum dixisset, Redijt simul ambobus eadem hora, mox adiūxit, Intermisit dies quinq;. Neq; enim fieri potuit, vt vtriq; intermitteret dies quinq;, sed alteri soli. Et quidem hoc ipsum quod dicunt, possis de solo vno intelligere, secundo in hac narratione, qui primo iudicio est septimo die iudicatus. Iam si huic dies quinq; intermisit, constat illi, qui sexto die fuit iudicatus, intermisisse dies sex. Potest etiam à primo statim corrupta scriptura a librario permansisse. id quod alijs multis accidit, tū apud Hippocratē, tum apud

vō Gal.

alios non paucos. Qđ esse librarii erratum dico, hoc est, potuit hæc fuisse scriptura: Intermisit alteri dies sex, alteri quinq;: Ille vero lapsus scripsisse intermisit quinq; dies. Et est verisimilius maiori intermisisse dies sex, minori quinque: cum inciderit recidiua ambobus in duodecimum diem. Post hæc itaq; dicit, Plurimis iudicatus est die sexto, intermisit quinto. vt cõiicias ipsos etiã fratres exemplum esse iudicioru3, quæ plurimis cõtigerunt. His expositis alia descripsit iudicia varia, quę omnia die septimodecimo circumscribuntur: cæterũ huiuscemodi nullu3, quale in duobus fratribus intelligendum confirmo: vt redirent ambobus duodecimo die, cu3 iuniori quinq; dies intermitteret. Neq; ab re sic est de illis dictu3, vt & id quod cum aliis iis conueniebat, conseruaretur, ꝙ a repetitione die septimodecimo iudicarentur: & etiam peculiare, qđ ad diem duodecimum repeterentur. Sed, quod dixi, cũ id quod vtile est teneas; nõ est ꝙ sis curiosus. Itaq; de iudiciis,

quæ deinceps retulit, omnia præterea-mus, quando capita habemus, partim similia ea fuisse, partim dissimilia. Nã cum prima iudicia aut sexto die tolle-rent ægros, aut essent incerta, ita vt redi-rent morbi ad vltimum & absolutum iudicium, die septimodecimo inuaden-tes, in hoc simile fiebat & dissimile. Post hæc alia cõmemorat iudicia & recidi-uas, quæ in diem incidebãt vigesimũ, vt ibi perfecte iudicarentur. Decumbe-bant circa Theatrum. Scribũt quidam non θέατρον, sed θέρατρον, vt habeãt lo-cum, quem interpretẽtur ita esse παρὰ τὰ θέρεσθαι, id est, ardendo nuncupa-tum. Ad præsentem cõmentationem, quemadmodum scribas id genus vo-ces, nihil interest. Nec vero an Perige-nis, an Dionis, an Theonis fratres eẽnt, quicq; refert. Verum qui ea, quæ artis sunt medicæ, probe nequeũt enarrare, ad tales deflectunt argutias. 25

Quibus autem tubercula secundum aures essent, his die uigesimo iudicabã

tur. restincta omnibus sunt, quibus non suppurarunt, sed ad uesicam deflexerunt. Cratistonactę, qui apud Heracliũ decũbebat, & pictoris ancillę suppurarunt. Obijt Scymni pictoris ancilla, suppurauit. Quibusdã die septimo iudicatus est, intermisit nono, redijt, iudicatus est ab recidiua. Iudicabatur die septimo Phanocritus, qui ęgrotabat apud Gnatonem pictorem.

Quia quiddam dixi nuper esse memoria dignum, referam hic, quod singularius est illo, & rarius. Nam parotidas curatas esse citra suppurationem, excretionibus per regionem inferiorẽ, exemplum parum frequens est: Eius tamẽ nouitatem excedit, quod in hoc sermone scripsit Cratistonacten, & Pictoris ancillam, cum tubercula secundum aures suppurassent, periisse. Nam cum hoc pugnare videbitur: Concoctiones celere iudicium, & securam sa-

Parotides nõ suppurantes uide et 84.

nitatem promittunt. Sed ne nunc quidem cauſſæ febrium, quæ intra venas continerentur, erant concoctæ Cratiſtonactæ & Ancillæ pictoris, nam non obirent. At parωtides erant tamen maturæ: quõ infrequens eſſe, & debere memoria teneri dicebam. Nam poſſe fieri quapiam in parte priuatim cõcoctionem, toto morbo adhuc crudo. Quicquid eſt reliquũ, quod eſt hunc in modum de iudiciis traditũ, exacte ſumus executi in cõmẽtariis, quos de iudiciis & decretoriis diebus ꝯſcripſimus. 26

Hyeme ſub ſolſtitiũ brumale, & uſq; ad ęquinoctium, febres ardentes perdurabãt, & phrenitides, multi diem ſuum obibant. Iudicia tamen uariarunt. & plurimis die ab initio quinto iudicabatur, quarto intermittebat, repetebat, ab recidiua quinto iudicabatur. Numerus dierum totus quatuordecim. Atq; pueris pleriſq; ętate etiam prouectioribus

iudicabatur. Nonnullis iudicabatur undecimo, repetebat quartodecimo, iudicabatur exacte octauodecimo. Quod si qui rigerent ad octauumdecimũ diem, his iudicabatur quadragesimo. Riguerunt autẽ pleriq; sub iudicium primũ. Aliqui riguerunt à principio sub iudicium, & in recidiuis una cum iudicio.

Meminit hic hyemis anni secundi, non primi, quã in ipso statu exposuit. At dixi nuper caussaз, cur phrenitides non primo, sed postea viguerint. Insuper iudiciorum constituta esse dicit immutata: quorum varietatem recenset: quibus hoc cum superioribus cõuenit, quod cum recidiuis fierent. Atque pueris quidem, & his etiam ætate prouectioribus penitus iudicatũз quartodecimo die morbum refert. Nam ocyssime his digeritur & concoquitur morborũ caussa. Cæteris non tantum in diem ait vigesimum, verũetiam in quadragesimũ productum ex recidiua vltimum iudi-

cã utis bonæ crisis:

ciũ. Et quid habet admirationis in varietate morborum insignes extitisse iudiciorum diuersitates? 27

Vere rigebant paucissimi, æstate frequẽtiores, autũno ẽt plures, hyeme lõge plurimi: at sanguinis profluuia cessabãt.

Veris hic meminit, q̃d in primo statu cõmemoratum est, non in scd̃o anno. Neq;.n.eo narrationẽ produxit morborũ, qui vigebant: verũtamẽ ad secũdam vsq; hyemẽ extendit. Quid autẽ tẽporis longitudine in dies etiã atq; ẽt numerus augeretur rigentiu;, iam ego supra quasi innui eo loco, cũ admonerem. Ostendi fieri rigorẽ, cum flaua bilis corpora permeet solida, non autẽ in vasorũ contineatur cauitatibus. Cũ igitur primũ cieretur, febres ardentes generauit. Deinde in carnem trãsiens, vbi per eas foras impelleretur, rigorẽ induxit. Paulatim vero sanguinis profluuia sistebantur, q̃ bilis non amplius in venis, sed in totũ esset diffusa corpus.

Finis Cõmentarij secundi.

Rigor qñ fiat:

Bilis à uenis ex uenas diffusa

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPpocratis de morbis vulgaribus Cõmentarius Tertius, Hermãno Cruſerio Cãpenſi Interprete.



MOrbos dignoſcimus, docti ex cõmuni omnium natura, & cuiuſque propria: ex morbo, ęgro, oblatis, offerente, Nam facilius ex his vel difficilius. Pręterea, ex vniuerſo & ſingulari cęli ſtatu, & ſingulis locis, ex cõſuetudine, ex uictus ratione, uitę genere, ętate cuiuſq; : vna cũ ſermone, modis, taciturnitate, imaginationibus, ſomnis, uigilijs, inſomnijs, quibus & quando, uellicationibus, perfri

ctionibus, lachrymis, accessionibus, deie ctionibus, urinis, sputis, uomitionibus: & quę ex quibus, in quos successiones morborum, & qui abscessus in exitium uel iudicium: Sudor, rigor, algor, tussis sternutamenta, singultus, spiritus, ructus, flatus silentes, strepentes, sonori, sanguinis eruptiones, hęmorrhoides. Ex his consideres, quę per hęc accidũt.

Quidam hæc existimant esse ascriptitia, quod eiusdem interpretationis & sententia sint, atq; illa, quæ in libro de humoribus sunt scripta, quę alijs ante commentarijs sumus interpretati: Sunt quidem hæc præsagiendi præcepta, quibus author tradit communia proposita, a quibus sumenda sint præsagia. Communem itaq; vocat naturā, omnium hominum: propriam, vniuscuiusq; nostrum naturam. Quod autem ex vtraq; sint constituendæ dignotiones & præsagitiones: certior vero sit,

Natura cōis. Propria

quæ proficiſcitur a propria natura, in libro Præſagiorum didiciſti: & in libro de fracturis, & articulis, atq; de capitis vulneribus, quos item libros ante interpretati ſumus, iubens igitur ſemper affectam partem cũ ſuo ſtatu priore natiuo conferre, adiecit ſuo ſermoni, aliena non eſſe negligenda. Simili etiam modo cum dicit: In acutis morbis ſic conſiderandum, in primis quidẽ ægri facies an valentium, maxime vero ſuę ipſius ſimilis ſit: ea enim optima cenſenda eſt. Atq; ſi proprium teneamus colorem cuiuſq; ægri & magnitudinẽ, non eſt quod quæramus communẽ. Quia vero omnium hominum ante non cognoſcimus naturã, ſed nec opinantes ſæpe ad ignotos accerſimur, principium cognoſcendorum morborum, præſagiendorumq; a communibus inſtituimus. Quorum enim naſus non acutus, nec oculi concaui, nec collapſa appareant tempora, nihil rogamus quemquam de ægro. Quod ſi naſus acutus, oculi concaui, ac tem-

lib. 1° præsagiorum tex. 8.

pora, videantur collapsa, tunc qua esset facie valens, quærimus. Atq; ita cõsequentium fiunt etiam ex morbo præsagia. Pluribus enim planum tibi factum est in libris de iudiciis, & in commentarijs in Aphorismos subito tertianam exquisitam iudicari, quartanam esse diuturnam, vtranq; vero a periculo remotam. Phrenitim autem & lethargum periculosos esse & acutos: duritiam lienis pernitialem & diuturnam. At ex ipso ægro bifariam futura præsentimus. Alter modus hic est. Modestus, inquit, si acerbe respondeat, malum est: Contra turbidus in ægritudine non solum si loquatur aspere, sed ne si desipiat quidẽ in ardente febre, in discrimen venerit. Alter is est modus. Si æger omnia officia præstiterit, sitque audiens medico, ac ne sic quidem profecerit quicquam, grauiter is ægrotat. Omnino fit contrarium, si cum nusquam in officio sit, attamen mediocriter habeat. Itidem ex oblatis prædicere licet. Nam prauis oblatis, si

Lienis durities pernitialis:

nihilo habeat deterius, morbus medio cris est. Verum cum recte omnia administrantur, si præterquam quod nihil commodetur, etiaz exacerbetur, est hoc malum. Me quidem non tm̄ morboꝝ modos, veꝝ formas ēt ex oblatis cognouisse sæpenumero ꝯspexistis. Verū, vt dixi, pluribꝰ alias ꝺ̃ his oībus egi. Cum vero ex offerente dicit etiam prænosci promptius vel difficilius, in morbis intelligas. Quod subinde cōspiciētes, siue sit diuturnus morbus, siue affectus febriles longi, etiam ex eo qꝺ̃ sciamus, qui curabat medicus, notitiaz augemus. Qui si clarus sit, parum de curatione speramus. Nam morbum constat cacoethe esse. vbi cuz recte omnia administrentur, nihilo fiat mitior. Sin autem ille imperitꝰ sit, probatur nobis, si omnia probe instituantur, hominez incolumen fore. At etiam ex statu ait, hoc est, ex peculiari aeris temperamento, fore præsagia. Istud autem, vniuerso & singulari cæli, est tale, si, q̄ in statibus supra descriptis tribꝰ exposita, me

Handwritten annotations: (top margin) "s morb. s n̄o cedens idoneis remedijs, malignus e:"; (right margin) "Nota morbi ex medico"

moria tenemus: vbi ipse Hippocrates, quæ in aere accidebant per calorem & frigus recensens, ad finem illorum præpollens temperamentum pronunciauit, verbi gratia, vbi dicit: Cum esset totus hic status Austrinus & squalidus: Tametsi totum annum nec Auster spirauerat, nec squalor fuerat. Iam etiam cum dicit: Cum totus fuisset humidus annus, & frigidus, & aquilonius: pro excellentia pronũtiat. Nam, vt nullus fuerit toto anno, neq; calidus dies neq; siccus, neq; austrinus, haud fieri potuit. Ita etiam morborum formas sane multo ꝯuenientius erat tales esse, non tamen quin aliæ intercurrerint. Hic ergo cum statum primum omnez exposuisset, in eius fine ad verbum sic scripsit: Inter omnes, quorum fecimus mẽtionem in hac tempestate, soli in letalia tabidi incurrerunt. Cætera commode habebant, neq; alijs moriebãtur febribus, neq; vna vulgabatur morborũ forma, neq; vna fuit perpetua toto anno tempestas. Per excellentiam vero

Status pro excellentia talis: —

ños temperaméti, vel frigidum, vel hu midum, vel aliud temperamentum di cimus. Hippocrates vero ſcripſit, vere nãq; alij morbi, æſtate alij, Autumno & hyeme alij atq; alij inciderunt, in ſin gulis, quos deſcripſit, ſtatibus. Sed ta- men per totum annum hoc ſtatu hic dominabatur morbus, alio ille. Atq; il lud eſt quod dicitur: Ex vniuerſo & ſin gulari cæli ſtatu. Addidit autẽ ad ora tionem cæli, quod ſcilicet ſi nude ſine adiuncto proferatur, ſtatus nomẽ & lo ci formã poſſit indicare, reiq; cuiuſuis: ac nimirum hac ſerie dicit: Ex vniuer- ſo & ſingulari cæli ſtatu, & locis ſingu- lis, & conſuetudine. Nam ad futura p̃- ſagienda magnopere loci formam fa- cere, crebro eſt oſtenſum. Hoc loco ſa- tis ſit, ꝙ ad librum vos remittaẽ de Ae re, aqua, & locis: vbi tradit qui morbi q bus locis vigeant. Nam eſt horum ge- neratio indigenis congenita, minuſq; habent, tanq; familiares, diſcriminis. Imo vero vel conſuetudinem ad præ ſagiendum conducere docet. Itaq; in p̃

ſagiorum libro; cum notas aſcribit ex
conſuetudine, alias ad hunc dicit mo-
lib. p.o xxij dum: Si pronus iaceat is, qui per bonã
valetudinem ſic cubare non cõſueuit:
aut delirium, aut ventris dolorem por-
xxiiij tendit. Alias ſic, Stridor dentium in fe-
bribus preter conſuetudinem a teneris
contractam, inſaniã ſignificat & mor-
tem. Sed ex victus quoq; ratione, quã
æger ſeruauit, queas quid ſit, quantum
q; humoruz qui exuperant, ſcite conij-
cere: quibus perſpectis, facilius cogno-
ſcitur præſens ſtatus corporis, expedi-
tiorq; euadit de venientibus præſagi-
tio: Iam & præſagiri ex vite inſtitutis
Vitæ inſtituta: vult. Vocat autem vitæ inſtituta, om-
nia quæ obeunt homines, aut vtilitate
adducti, aut neceſſitate, ſiue nauigent
ſiue terram colant, ædificent, fabricen-
tur, venentur, aut colant exercitationẽ
vt ſæpe in calida, vel frigida lauẽt. Eſt
igitur ex ijs, ad quæ ſtudia ſua confe-
runt, de morbi coniectare conditione.
Nam ruri qui egit tempore æſtiuo apri-
catus, duriter & tenui victu, amaram bi

ſem potius, quoad huius ė, quaȝ pituī tam coaceruauerit. Qui contra ac ille vrbem colit in vmbra, lauans bis quotidie, tum auteȝ in otio perpetuo cibis ſe ingurgitat: hic pituitam citius. Eadeȝ eſt in cæteris ratio. Aetatem vero præſentibus cognoſcendis, & præſagiendis impendentibus non paruum vſum p̄ſtare cognoſces ex Aphoriſmis, in quibus de ætatibus ſermoneȝ habuit, queȝ quidem nos librum iaȝ pridem ſumus interpretati. Sermo præterea ægri præſentiam notitiæ, & conſequentium diuinationi poteſt adiumento eſſe. Verū eſt coniunctum hoc ſignum, eiq; cum iudicio conuenit, quod proficiſcitur à conſuetudine. Si enim æger ſuo more loquatur, quo ſolet ante integra valetudine, nihil expectabimus mali. Sin vero contra morem ſuum æger verba faciat, eſt illud pernitioſum ſignum. Naȝ eſſe eius ſuſpicamur hinc offenſaȝ mēte. Quod deinde Hippocrates τρόποισιν dixit, nos modis vertimus, videamꝰ quid denotet. Vſurpant hoc vocabu-

Aetas

SERMO AEGRI:

lum veteres duobus in significatis, ac modo pro animi moribus vtuntur, modo pro differentijs aut formis eius, qua de re sermo habetur. Exempli gratia, si habeatur de victus ratione oratio: hic scriptor si modos dicat rationis victus, differentias ipsas, aut formas significat. Itidem si febrium esse modos multos dicat, differentias harum, aut species interpretatur. Itaq; hac dictione [modis], aut animi significat mores, aut sermonis differentias, quandoquidem de sermone meminit: quasi ad hunc modū orationem institueret: Ex sermone, & ipsius formis, aut differentijs. Nam differentias an species an formas dicas, nihil interest in præsentiarum. Siquidez hæc fiunt omnia dissecandis his quæ generatim sunt mente cōcepta. Vt autem de statu ægri docet aliquid sermo & taciturnitas item insolita, aut natiua ægri. Nam vt est ea taciturno sua sponte secundum naturam, ita loquaci præter naturam. Quo circa hunc aut sopo rans torpor tenet, aut est melancholiæ

Sermo, & taciturnitas inco sueta,

Q id Zenoni Serauallensi cōtigit 1546 mense Octob. qui cū in acuta febri taciturnus eēt, Somno profūdo correptus obijt.

initium. At si taciturnus nō taceat, sed amplius consuetudine loquatur, delirium denuntiatur. Sub hæc cum imaginationes dicit, nullam rem sensibilez indicat, aut apparentem, sed quam argumentis assequimur. Argumentum autem est quod ægri vel eloquuntur, vel agunt. Nam cum de nobis quidaz mane de more ægrum inuiseret, totam ait noctem somnum se non vidisse, dū cogitaret, quid sit nam futurū, si lassus Athlas non ducat amplius sustinendū cœlum: ex cuius verbis intelleximus principium esse quoddam melancholiæ. Ex gestu item ægrorum animi mores produntur. Post hæc author dicit: Somnis, & vigilijs, de quibus mihi certum est hoc loco nihil dicere, quod ante in Aphorismis, & in Præsagijs somnos, & vigilias exposuerim. Et vero de insomnijs etiam mihi ante explicatum est, cum alijs, tum ijs quæ corporis aliquem affectum indicant, sicut etiam in libro de victu valentium est traditū. Nam si quis per insomniuz videat in-

Ut euenit Ant° cuch to Serram uallesi.

Signū melancholicę,

insomnia

Insomnia ad argumentū

cendia, hunc offendit flaua bilis: Si imbres, abundare frigidum humorem declarat: Sic sane, si niuem, glaciē, & grandinem, pituitam frigidā: Si quis in foetido se loco esse putet, putredinem humorum: Si gallorum gallinaceorum cristas habere, aut rufa quædam, sanguinem exuperare: Si caliginosa cernere, aut in locis esse caliginosis, flatus indicat. Vnde etiam huic verbo insomniis adiecit, quibus & quando; vt quibus illorum differentias indicet, quod etiam si omitteret ipse, clarum sit: Et quando tempus denotet, quo insomnia fiunt, hoc est, si aut in principio accessionum, aut in vigore, aut alio tempore. Atq; si a cibo ac tali statim, aut sine cibo. Sumitur enim nonnihil ex his indicij. Itaq; qui se niue putet conspergi idq; sub accessionis initium, vna cum rigore, vel horrore, vel algore accidere sibi imaginetur, tempori id potius quam affectui corporis est attribuendum. At vero si eiusmodi insomnium videat in febris remissione, fidelius præ

Incendia. Imbres. Nix glac. Foetor. Rufa ure. Caligo. Insomniorum tps.

bet argumentum frigidorum ſuccorũ: Longe etiam magis, ſi nihil comederit ante ciborum pituitoſorum. nam dum illi in ventre continentur, poteſt talem habere quis imaginationem, vt aſſimilis nõ ſit corporis totius ſtatus. Quod deinde eſt dictum vellicationibus, alias in commentarijs de ſuccis expoſuimus: vt etiam alia, quæ hic ſunt commemorata multa, quæ de floccos carpentibus dici, & feſtucas colligentibus valent, aut etiam de vellicantibus aliquam ſui partem: vbi ſubeſt in profundo dolorificus affectus. Et ſæpe partez, quæ pus aut alium continet acrem humorem, vellicant: quæ quidem etiam eſt nonnunquam nota delirij. Iam qđ eſt deinde ſcriptum perfrictionibus, mordaces eſſe ad cutez humores ſignificat, qui ad ſcalpendum irritant. De lachrymis iam docti ſumus tam ſpontaneis quam inuitis, quidnam denotare ſolent vtræque. Iam & de forma acceſſionum, imo de deiectionibus quoq;, vrinis, ſputis, vomitionibus eſt in præ-

Vellicationes

Perfrictiones

Lachrymæ

ſagijs ſat ſuperq; declaratum. In Aphoriſmis etiam non raro eſt de illis facta mentio, vt item in Prædictionum libro. Poſtea dicit. Et quæ ex quibus in quos morboruꝫ ſucceſſiones, & abſceſſus in exitium vel iudicium. Hic ea ſunt, quæ ante ſunt tradita, quæ tum enarrauimus, ad memoriam reuocanda. Nam fiunt ſucceſſiones morborum pernitiales & decretoriæ, pro ipſorum differentijs morborum & locis affectis. Nam in morbos ſucceſſio leuiores, & locos ignobiliores, eſt ſalutaris: in morbos grauiores, locoſq; principaliores, pernitioſa. Eodem modo abſceſſus, qui cum effluxione fiunt, ſunt illi meliores: qui vero cum decubitu, minus commodi, ac horum ipſorum quidem remotiſſimi quiq; a loco affecto, & in parteis ignobiles ægri, boni ſunt: contrarij horum mali. At vero in his quæ poſt hæc ſunt dicta per totum opus, plurimum elaborauimus in libris, quos olim ſumus interpretati. Etenim in Aphoriſmis & præſagijs

de rigore, ſudoribus, tuſſi, ſternutamen
to, ſingultu. At alijs in lucubrationib⁹,
quas conſcripſimus, de his alia dixim⁹
& de cæteris omnibus quæ ad notitiã
referunt, & præſagia. Quod autem al- Quid p algorem.
goris iam facit mentionẽ, animaduer
tendum eſt, num vniuerſi corporis fri-
gus, vt profunditas inardeat, interpretã
dum ſit, an partium extremarũ, an po
tius ſit de omnibus illum his arbitrari
dicere. Siquidem aliud, quod eſt initio
acceſſionis, ſignificat frigus, aliud in re- Frigoris diuerſitas.
miſſione, ſicut ſane ſi per totam cõmo
retur acceſſionem: quod quidẽ haud
bonum eſt ſignum: ſic ſi tali frigore in- cum
teriora perpetuo ferueant, de quibus oĩ
bus in libris, quos narrauim⁹ & in ope
re d̕ iudicijs verba fecimus. Spiritus ve Spiritus
ro cum dicit, reſpirationis intelligimus
differentias, Quoniam vero flatuum
inde meminit, ſunt illi quoq; in genere Flatus.
ſpirituum. At de his etiam in commen
tarijs in Præſagia eſt tractatum: & in
opere dypſnœa, & de voce, de ſpirituũ
ĩ reſpiratione differentijs: quemadmo

dum de flatibus in libro Præsagioruz. Iam ructus quoq; in genere spirituuz sunt: eaq; illis res quodammodo cum respirationis spiritibus conuenit. Quatenus vero in flatuosoruz sunt spirituũ genere, hactenus cum flatibus etiam habēt commercium. Proinde & hi spiritum in superiore ventre flatuosum generari indicio sunt. Quod vero in fine capitis dixit, planum est. Sanguinis nã q; eruptiones, & hæmorrhoides, quemadmodum hæ cladem adferunt, illę p̃stant vsum, didicimus. 2

Inter febres, quędam continuę sunt, quędam inter diu tenent, noctc intermittunt: uel noctc tenent, die intermittunt: nõnullę semitertianę sũt, tertianę, quartanę, quintanę, septimanę, nonanę.

Bifariam veteres vti continui nomine, & intermittentis videntur. Nam cõtinuas vocant febres quandoq; omneis, quæ nullum tempus liberum habent accessione: quãdoq; nõ omneis,

quæ accessione nunquam vacant, sed solas extra ordinem illas, quæ omni carent vsque ad iudicium mutatione. Ita Intermittentes interdum appellāt illas solas, quæ accessionem perpetuam nō habent: interdum eas, quorum non recedit accessio, sed insignes faciunt mutationes singularū accessionum, in initium, incrementum, vigorem, & remissionem. At medici quidā iuniores, quę non magnā mutationem habent, non continuas, cæterū synochos nominát: continuas autē has solas, quæ non veniunt ad integritatem, & intermittunt singulis accessionibus. Has vocát antiqui interim continuas, interim intermittentes. Nam sunt certe inter continuas & desinentes in integritatem mediæ. Proinde recte, vbi cum synochis conferuntur, intermittentes appellátur: cum ad integritatem venientibus, cōtinuæ. Hoc loco differentiam febrium Hippocrates scribens, aliquas esse earūm continuas dicit. Et sunt quidem in vtroq; continui significato, continuæ multæ,

Intermittēs vox æquivoca.

Synochi.

Cōtinuæ:

Quasdam autem aut nocte intermittere, aut interdiu: ex quibus quæ ad integritatem non desinunt, iuniores quidam medici μεθημερινούς, vel καθημερινούς, id est, diurnas vocant: illas, quæ desinunt, αμφημερίνους, qđ est, Quotidianas Qua vocũ arguta obseruatione vocabãt maiores. Nam cum intermittere intelligatur, & dicatur bifariam; quemadmodũ supra retulimus: quæ singulis diebus & noctibus inuadunt, intermittentes dicemus, siue integritatem siue remissionem quã vocant, assequantur. Inde ordine recenset a superioribus diuersas febriũ differentias, semitertianas, tertianas, quartanas, qntanas, septimanas, nonanas commemorãs. Tertianę & quartanæ clare ad integritatẽ veniũt. At ex semitertianis, q̃dã vtraq; incedũt via: quædam altera tantum earum, quæ ad integritatẽ non veniunt. Nam si consideres, vt inter eas quæ occupant quotidie, has ad integritatem ait venire, illas ad remissionẽ: ita earũ quæ tertio aut quarto quoq; die

Semitertiana qua intermittit ... asserit ... Typis ... fol. 103. hic tm ... intermit... diegit,

inuadũt, quæ differentia, sit: plane cernes nihil de re, sed de significato nominis semitertianæ quæri. Quæ quarto quoq; die incessunt, has integrum corpus scimus plurimum præstare. ac quę quarto quoque inuaderet die, quæ ad integritatem non veniret, rarissime visa est. Non eadem in illis ratio est, quę tertio quoq; die accedunt. cõplures enim sunt differentiæ. Igitur in his, inquam, non de re, cæterũ de significato habetur, & nomine quæstio, quas de istis febribus tertianas cõueniat & semitertianas, & tertianæ naturam referentes appellare. Iam cum esse aliquas dicit febres quintanas, aut septimanas, aut nonanas: non de dictionis significato, sed de re ambigitur. Nam sunt Medici, qui confirmant vltra diem quartũ, circuitũ se nullum conspexisse. Quidam assentiuntur Hippocrati. Equidez inde vsq; ab ipsa adolescentia obseruaui ad hũc diem, sed septimanum, vel nonanum omnino non vidi, nec clare, nec obscure. Quintanos certe vidi orbes obscu-

ros, sed non exacte, aut aperte, vt quotidianos, tertianos, & quartanos. Sed res (quantum equidem censeo) quādo quidem ex vsu de ipsa iudicium fit, ratione non quærit demonstrari. Si enim sit, qui exacte cōspexerit, & crebro, aut septimo quoq;, aut nono die accessiones fieri (neq; enim iterum aut ter sit vidisse satis) sit ille inductus, esse nonnullos etiam taleis circuitus. Sin autē non viderit ab initio ætatis ad senectutem vsq;, quos visit ægros, frequentes eo febricitare modo, iam illi hoc cōstat ediuerso, nō incidere eiusmodi circuitus. Quāobrem in Hippo. cum ratione disputare, qđ Diocles fecit, valeas. Nam quibus dicas ex signis, aut humoribus oriri, vel quintanū, vel septimanuȝ, vel nonanū circuitum, nō habebis. Quinimo nec scripsit quēquam ita ægrum laborasse. Et quidem erat hoc eius officij, vt cōmunia præcepta alia non parum multa priuatis plana fecit exemplis, iam idem quoque in his præstare. Verum sciendum est in multis exem-

plaribus esse scriptũ initium huius capitis, genere orationis, quod ἀσύνδετον vocant, ad hunc modum: Febres continuæ interdiu tenent, nocte intermittunt, nocte tenent, die intermittũt. Quod cuȝ dixi vocari genus ἀσύνδετον, simul explicaui eius interpretationem. Oportet autem tanq̃; in numero nos dictorum adiunctas intelligamus, quæ prætermissæ sunt in orationibus, cõiunctiones. 3

Sunt autem acutissimi, maximi, grauissimi morbi, ac præ cæteris omnibus letales, in continua febre.

Absolutissima omnium horum disciplina in cõmentarijs est de febrium differentijs tradita. Hoc loco, vt iam sæpe testatus sum, non constitui veritatẽ demonstrare, neq; omnia sigillatim, vt nihil prætereá, docere: sed Senis interpretari verba. Summã vero singulorũ, quæ cõmentanda incidant, non prætéribo. Igitur acutissimos ait, & grauissimos esse in febre cõtinua morbos: acutissimos dicit eos, qui pauco tẽpore de-

cernunt: maximos, validiſſimos: grauiſſimos qui cum periculo ſunt cõiuncti. quod interpretãs ipſemet, mox præ cæteris omnibus appellauit illos letales. Et quoquo modo continuam febrem accipias, vera dixit. nam morbi acutiſſimi, maximi, & grauiſſimi, tum in febribus eueniunt, quę vocãtur proprie ſynochi, tum in alijs iuxta, quæ ſingulis progrediuntur acceſſionibus, ac initia efficiunt, incrementa, vigores, & inclinationes manifeſtas, nec ad integritatem veniunt tamẽ, de quibus hoc loco fuerit ſatius interpretari: vel ꝙ ſynochis contigit in his, non his in ſynochis contineri. Quod ſi qui orationem intelligat de ſolis ſynochis habitam, eximere videatur alias cõtinuas, ceu non periculoſas, nec vehementes, aut acutas. 4

At uero omnium eſt quartana ſecuriſſima, facillima, longiſſima. Hęc enim non eſt ipſa quidem tantum per ſe talis, ſed etiã a magnis alijs uindicat morbis.

Facillimam esse dixit quartaná, qđ est perinde ac leuem. Etenim ꝯtinuæ, quia nullam habent vsq; ad iudicium remissionem molestiarũ, sed perpetuo infestant, merito graues & dicuntur, & sunt. In quartana, maxime vbi sit moderata, licet diebus, qui inter accessiones intercedunt, prodire, ac nõnunquã solita munera obire. Cæterum mos est tibi veterum, vbi de febribus disputantes audias, cognoscendus. Nam si iecinoris inflãmationem, aut lateris alięve partis, febris cõsequatur, pleuritim, vel peripneumoniá, vel hepatitim nominant morbum, nõ febrilem. Qui vero citra inflammationem febricitat, febre hunc dicunt laborare. At nunc quoq; de quibus agit febribus, sic accipe institutam orationem, quandoquidem ex liene sępenumero grauiter vidimus homines febre laborasse quartana, ac deinde collecta aqua inter cutẽ, esse defunctos. Verum ipsa sua sponte quartana periculo vacat, quæ quidem alijs etiã morbis liberat. Atq; ita nouimus

legr idem in lib. 4° aph. c.° 73

Quã quartana piculo uacat:

morbos comitiales fuiſſe a quartana diu infeſtante diſcuſſos. Sed eius didiciſti originem in cõmentarijs de febriũ differentijs, & de iudicijs. 5

In febre, quam ſemitertianã uocant, cum morbi eueniunt acuti, tum præter cęteras hęc eſt letalis, Ac tabidi, et qui longis alijs morbis detinentur, hac pręcipue ęgrotant.

Non poſſum medicorũ vulgus adducere, vt a vocum & ſignificationum conſideratione, ipſam rerum diſiungãt cõmentationem: quibus iure quidem ignoſcendũ eſt. Vbi enim Agathinus, ne alios appellem, ſolidum primum librum ſcripſit de Semitertiana, in quo nominis ſignificationẽ inueſtigat: quid erit cauſſæ, cur minus veniam his des. Tametſi erat illud minoris quidem negotij de his, quæ cernimus, ſeparatim inſtitutionem tradere continuam, ſeparatim de eorum nominibus: id qđ nũc ego faciam. Nam febrium, quæ tertio

quoque die inuadunt, hæ ad integritatem veniũt, illæ secus. Rursus vtrarũq; harum ea est differentia. Ex venientibus ad integritatem quædam accessionem habent horis duodecim circũscriptam: quædam longius productã. Earum vero quæ ad integritatem non veniunt, quædam cum horrore veniẽtes, cum a primo impetu ad incrementũ, quod vocant, se conferunt, tametsi esse iam mediocriter prægressæ videantur, alterum horrorẽ cum constrictione inducunt, ab hoc alterum incrementum, deinde aliam constrictionẽ, & horrorẽ. Nam iterum hæ & ter repetunt. Postri die aliam habent priore minorẽ accessionem, sine priorum repetitione: isq; illis est perpetuus deinceps orbis, vt binæ, quas dixi, binis fiant diebus accessiones. Preterea aliæ habent tertio quoque die accessionem citra horrificas illas, quas diximus inuasiones, & repetitiones, vnáq; habent accessionẽ tertio quoq; die, atq; accessione carent secundo die. Vnum hæ & continuũ habent

& æquabile ab inuasione ad vigorẽ incrementum. Habes iam febrium, quæ tertio quoq; die inuadunt, differẽtiam semper cõspicuam in ægris. Ostendimus autem a bilioso & pituitoso succo febrem cum horrore venientem proficisci: eam vero quæ caret horrore, a bilioso quidem, sed lentiore, & concoctu difficiliore, quã ferunt esse principum partium inflãmationes. At quæ cum rigore inuadunt quidem, cæterum ad integritatẽ cum biliosis vomitionibus, aut deiectionibus, aut sudoribus veniunt, harum est caussa totũ corpus permeans flaua bilis. Quare cum hæc se ita, vt dictũ est, habeãt, si quis caussam singulorum inuestiget, aut curationẽ, officium medici ille, simulq; operæpretium fecerit, quærere vero quodq; dictorũ cõmode nomine appellet, haud dum medicinæ interest, alioqui tamen res cognitu est necessaria, vbi alios docere instituat legere. Nam ad morbos quidem in ægris cognoscendos nobis, & futura præsagienda, videmus nomi

Febris cu horrore à quo humore fiat:

TERTIANA EXQVISITA

Off.m medici:

Nomina morborum no curamus quo modo eos, sed eas cognoscamus:

num exactam rationem nihil referre:
quando vulgus non ex his de medicis
existimat. verum cum a sanguinis mis
sione conspiciat ægrum cōmodius ha
bere, cibumq; in tempore sumere (naz
vel de hoc potest plebeius, cum vidit,
iudicium facere) deinde non statim ci-
bum accessionis principium excipere,
sed longiore post tēpore: tum medicuz
collaudat. Iam etiam si frigidam eum
porrexisse lauisseq;: itaq; febre ægrotuz
liberauisse cernat: cōtinuo illum suspi-
cit. Sic etiam, si quid de sequētibus præ
dicat. Profecto hæc illa sunt, quæ illu-
strant prorsus & vere medicum. Sophi
stes vero, dum de vocibus & significa-
tis contendit, tempus corrūpit, & suum
& discipulorum. Nos autem non insti
tuimus docere hoc loco opera artis (nā
hoc quidem alias abunde effecimus)
cęterum breuibus mentē inspicere Hip
pocratis: quod vt faciam, hæc facultas
datur. Etenim supra etiam ipse Hippo
crates dixit: Infestabant illos plerosq;
hæc incōmoda, horrificæ febres, conti-

lege fol. 30

nuæ, acutæ, omnino non intermittentes: modus erat semitertianus, vno die leuiores, altero grauius iterum inuadétes, Rursus hoc loco dicit: In febre semitertiana cũ morbi eueniunt acuti, tum præter cæteras, hæc est letalis. Letalem igitur semitertianã esse, aperte Hippocrates ipse dixit. febrium vero ad integritatem venientium letalem esse nullam, in Aphorismis clare docuit his verbis: Febres, quæ non intermittentes tertio die ingrauescunt, sunt periculosæ. Quocũq; autem modo intermiserint, periculũ abesse significatur. Qui itaq; in venientibus ad integritatem semitertianam esse Hippocratem sequens dices? Atqui sane qui aiunt, si horas quatuor & viginti quis febre vacet, mediã eum semitertianã habere, in numero habent talem febrem intermittentium. Sic etiam, qui mediam & paruã a magna distare horarũ numero ferunt, studentes vtrãq; ad integritatẽ deducere, ab Hippocratis sensu discedunt, dum in febribus intermittentibus ponunt se

Semitertiana letalis est:

lib. 4. 43.

Semitertiana igit', nõ ẽ ex intermissẽtiũ numero:

mitertianam. Quia nihil hæc periculi habebit, cum ab illa letalis dicatur. Satius igitur sit, vti censuimus, vocabula repudiare, atq; curationes, dinotiones, præsagiaq; cuiusq; febris meditari. Sed enim quia clarior per vocabula & compendiosior doctrina euadit, prius exponemus oratione febrium differentias, quæ tertio quoq; die inuadunt, vt modo faciebat, tribuens suum cuiq; earuz nomẽ, id quod facere semper solet, ad constituendas febriũ, quæ tertio quoq; die inuadunt, differentias, deinde quæ intra duodecim horas cesset, breuioris institutionis gratia appellabimus exquisitam tertianã. Quæ diuturniorem hac accessionẽ habeat, adhuc ea tamen remissionem longiorem, vocabimus illã simpliciter tertianam. Quæ vero accessionem plurimũ productam, paruum autem interuallum, eam iam tertianaz nominabimus productã. Quæ ad integritatem nõ veniat, sed horrificas primo quidem die faciat repetitiones, altero simplicem vnam accessionem, semi

idem qd hic dicit 2° d drys fol. c. 8. et seq. fol. 54

Tertiana tertianam hanc appellamus, Sin autẽ simpliciter tertio quoque die inuadat, τριταιοφυῆ, hoc est, tertianæ naturã refe rentem. Omnia in hoc sermone diffini ta habes, tam vtilia, q̃; inutilia. Hæc igi tur semper tibi sunt memoria tenenda, & eorum habẽda expedita notitia. Ita enim nugas iuniorum medicorũ, quas de prædictis fecerunt nominibus, cum de rebus interim differere sese crederẽt, damnabis. At nullã ex ijs quæ ad inte gritatem euadunt, semitertianam vo care Hippocratẽ ostensum est. An ve ro eam vnam, quã proprie ego vocare consueui horrificas repetitiones facien tem, an etiam eam, quæ absq; his fit, di gnuz est attentione. Si enim tabidis, & aliter diu ægrotantibus solet accidere hæc febris, fortassis etiam si horrore ca reat, vocabimus eam semitertianam, si die secundo iterum inuadat. Sed quod dixi, quando de vocabulo quęstio est, nihil intersit, si, cui potissimũ tribuat fe bri nomen semitertianæ Hippocrates, non plane teneamus: adeo cum ipsius

SEMITERTIANA AD INTEGRITATEM NÕ ACCEDIT

lege 9. 97 ... in libro d typis. Epit. 3. folio 62. ubi leges. Semitertiana ... intermittente inueniri: sed tunc

de febribus artem perdocti, habeamus quæ ad artis opera requirimus, vel sine illarum nominibus. Videbitur fortassis conuenire, vt videamus, qua de re Hippocrates apposuit, quã vocant, & non pronuntiauit simpliciter, In febre semitertiana cũ morbi eueniunt acuti. Equidem illum, vocabulũ censeo, vt improprium reprobare. Siquidẽ illis, quæ integram non sunt absolutionem consecuta, dimidij attribuimus vocabulum: itaq; dicimus semimortuũ, semideum, semiuocalem, semiasinum, semiassum, & ita id genus reliqua proferimus. At vero semitertiana tantũ abest, vt dimidia sit, vel multitudine symptωmatuꝫ, vel viribus, vel horum tota cõditione, vt longe etiam sit tertiana deterior: vt citius huius illa, q̃ꝫ hæc illius esse videatur dimidia. Quare non venit in mentem mihi, qua re adducti, sic potius nomen posuerũt primi istius authores nominis, q̃ꝫ aliter. Potuerũt tamen hi cum tertiana febris habeat, vt & tertio quoque die inuadat, & ad integritatem ve-

DE VOCE SEMITERTIANA:

uocat spurior hemitr: Leom

niat, quod semitertiana alterum habeat de his, alterum nō habeat, ita vocabulum instituisse. habet enim vt tertio quoq; die inuadat, vt autem ad integritatem veniat, non item. Potuerunt præterea, quod & accessione careat cum rigore incipiente: Ad hæc, quod nō cum excretione finiatur. Iam etiam quod diem secundum non habeat integrū. Licet ad hęc aliud eiuscemodi illis adferre, qui cōmentātur nullius frugis sapientiam, & verum artis vsum negligunt. 6

Nocturna non admodū letalis, longa tamen est. Diurna lōgior. Sunt, qui bus ad tabem uergat.

Principio simpliciter numerū descripsit febrium, deinde harum naturā ordine docet. Cuʒ itaq; ante in catalogo dixisset: inter febres quædam cōtinuæ sunt, quædam interdiu tenēt, nocte intermittunt: vel nocte tenent, die intermittunt: Inde cōtinuas cum exposuisset, ac mox sub illis de tertiana & semitertiana tractasset: hic ad febres accessit, quæ

ſit,q̃ die inuadunt,nocte intermittunt: vel nocte inuadunt,interdiu intermittunt: quarum alteram nocturnã, diurnam alteram vocat: Nocturnam illã, quæ nocte inuadit: Diurnã, quæ die: ſed quæ videbatur nocturnæ tribuere laudi,hæc ipſa non minus vitio vertit: eo quod nõ ſimpliciter dixerit, nocturna non eſt letalis:ſed addiderit,non admodum. Nam ſi non valde eſt letalis, liquet mediocriter letalem eſſe. Diurnam autem non modo nocturna eſſe longiorem dixit,ſed etiam eſſe cum ad tabem vergat: vt vel ea conditione ſit deterior. Partim enim quo tempore digeri & rareſcere magis ſolet, ſi conſtringatur corpus,& conſpiſſetur, inuadens merito videatur prauior: partim quod tempus habet,quo conſuli ei debebat, incommodum. Quo enim oportebat tempore cubare, hoc cogitur ægrotus medico conſulenti dare operam. quæ cauſſa eſt,cur tẽporis diuturnitate marceſcant,tabeſcantq; propter alterutrũ, ſi cubent interdiu, ſomni defectu: ſi

Diurna.

Febris diurna, cur nocturna molestior

vespertil. vita:

non cubent, quod vespertilionis vitã, & non hominis agant. 7

Septimana longa est, uerum non letalis. Nonana hac longior etiam, at non letalis.

Neq; Hippocrati decet diffidere (præ se fert enim oculis arbitrata hæc cõscribere) neq; mentiri conuenit, dicereq; etiam sese vidisse. Quare obseruandũ nobis est sedulo, & experientia de veritate existimandum: sed ita vt idem nobis non accidat, quod vulgo hominũ: qui aliquem forte conspicati, qui septimo die iterum ac tertio febricitasset, ab initio duxerunt esse quẽdam septimo die circuitum. Potest enim casu id interdum euenire, atq; adeo simili etiam victus ratione. Qui enim ægroti non prorsus sunt affectione morbosa liberati, sed semen aliquod retinuerunt: his vsu venit ad victum negligentioribus, sæpe sexto die a principio febricitare, sæpe septimo, non raro, octauo, sæpe-

DE RECIDIVA:

n̄umero alio: & cum febris ceſſauerit, putantibus ſe prorſus eſſe liberatos, eo dem omnino victu vtentibus, ex ſemi ne morbi reliquo totidem diebus in eã dem affectionem deuenientibus, ſimi liter febricitare. Quod quidẽ ſępe pōt accidere, vt & æquale ſit, q̃d affectio- nis eſt reſiduum, & ægroti eundem vi- ctum habeant. Hic vero reuera eſt cir cuitus morbi, quando exacte ab illis ſeruata ratione victus, febris in idem conſtitutum peruenit, quemadmoduȝ fieri in quartana videmus. 8

Circuitus morbi qs

Tertiana exquiſita cito iudicatur, nec eſt letalis.

Dictum pauloante eſt, vt ſummati referam, quæ acceſſionem habet parui temporis, tertianam exquiſitam hanc eſſe. Quæ vero ſecum fere adducit, per ſecuti omnia ſumus in commentarijs de differentijs febrium, & de iudicijs. 9

quintana peſſima eſt omnium. Ete-

nim & ante tabem, & iam tabidis superueniens, perimit.

Tabidi sem- ꝑ febriūt:

Tabidi hectica febre laborant nunquam cessante, cuius totam natura, vt cæterorum in cōmentarijs de differentijs febrium didicisti. In quibusdam vero vidi ei immixtam aliquam ex circulari bus, aut tertio quoq; die inuadentibus aut quotidie: Et, vt Hippocrates ait, et infestantur quintana. de qua eadem a nobis tibi dicta puta, quæ de septimanis pauloante & nonanis audiuisti. 10

Putrida et in Tabe q̄nq cōtingit

Modi autem & status, & accessiones singularum harum febrium, tam cōtinuarum quam intermittentium, sunt hi. Atq; exempli gratia, cōtinua est, quę ab initio floret, & uiget maxime, infestat'q; grauius: circa iudicium uero et in iudicio imminuitur. Nonnullis leuiter incipit, & summissim, sed increscit indies, et exacerbatur: sub iudicium uero et in iudicio abunde elucet. Sunt item, qui

sæpius annotaui:

bus cum leuiter incepit, augetur, & exacerbatur: & simulatq; aliquandiu uiguerit, usq; ad iudicium, & sub iudiciū rursus se remittit. Vsu ueniunt hęc, & accidunt omni in febre: & in oī morbo.

Modos febrium nonnunq; naturā vocant, nonnunq; differentias, & essentias. Hic naturam eum singularum prędictaꝝ febrium describere constat. Cōtinuam itaq; dicit incipere vehementissime quibusdam, sed vsq; ad iudicium paulatim remitti. Interdū mediocriter cum inchoauerit, crescere pedetentim ad iudicium vsq;, in quo eam ait elucere. quæ quidē contrarium inter sese iudicium obtinent. Alium præterea modum esse tertiū dicit, ex ambobus constitutum: vbi leuiter incipiat, & postq; paulatim increuerit, & iustā sit magnitudinem assecuta, remittat se, dū semel discutiatur. Hos treis modos illum quidā febribus continuis tribuere censent, non attendentes quæ in orationis suæ

Naturæ febriū uaria sunt

ſcripſit fine. Vſu veniũt hæc, & accidũt omni in febre, & in omni morbo. Proinde non iam ſolarum continuarum, ſed omnium etiam aliaꝝ febrium, quę continuæ ſunt & diuturnæ: imo vero cuiuſuis etiam morbi, acuti certe ſimul, & prolixi, eoſdem modos eſſe ꝯfirmat. Iam etiam ſymptωmata eadem ratione iudicantur cuncta. Iamq; dolorem attendamus. hic maxima ſæpe inceſſit vi, marceſſit autem paulatim, vſquedũ prorſus diſcutiatur. Interim, leuiter auſpicatus, vbi ad vehementiſſimum increuerit paulatim, ſubitam habet deceſſionem. Interiꝫ a vigore abſoluto, quãto tempore increuerit, tãto remittit̃. II

Eſt autem ex horum conſideratione offerendus uictus.

Præſagum te motus morborũ vult eſſe, vt accommodatum illis victum pꝑbeas. Siquidem morbi vigorem reſpicientibus, eſt victus nobis ineunda ratio. Atq; in opere de victus ratione in morbis acutis, & in Aphoriſmis, quo

debeas pacto commemoratos morborum modos cognoſcere: Item in commentarijs in Præſagia & in libris de iudicijs accipies, quæ hoc libro ſummatim ſcripſit, in primo huius commentarij capite. 12

Multa iam alia quoq; opportuna ſigna his germana ſunt, de quibus partim aliquãdo ſcriptum eſt, partim iam ſcribetur: ad quę diſceptato, expẽdito, attẽdito, cui horum pręceps malũ, & mors portendatur, uel iam inſtet, & cui prorogetur, uel non: & quando, & quantus, atq; cui ſit dandus cibus.

Quanquam multa, a quibus eſt p̃ſagiendnm, prædixit: eſſe tamẽ & alia dicit, partim iam prodita in libro præſagiorum, partim prodenda. 13

Que diebus paribus accedũt, paribus iudicantur: quorum uero ſunt in imparibus acceſſiones, imparibus iudicãtur.

Sæpius diximus fieri in acceſſioni-

Cur sæpe accessionib. iudicia fiat

bus iudicia, tum quod in ijs humores vehementer moueantur, & veluti ebullientes erumpant sanguinis profluuio, vel sudoribus, vel vomitu, vel deiectionibus, vel hæmorrhoidibus, vel menstruo mulieribus. tum propterea quod id temporis ad excernenda illa impellatur natura: simul quod grauata, & onere pressa ad excernenduȝ irritetur, simul quod illis magis fusis, & excretio noxiorum humorum promptior, & iudicium fiat procliuius. 14

Est autem primus dies decretorius circuituum, qui diebus paribus iudicāt, quartus, sextus, octauus, decimus, decimus & quartus, uigesimus octauus, trigesimus, quadragesimus octauus, sexagesimus, octogesimus, & centesimus. Circuituum uero, qui iudicant imparibus diebus, primus, tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, septimus decimus, primus uigesimus, uigesimus septi-

mus, & trigesimus primus.

Videtur mihi non proprie vsurpare nomen hic circuitus. Nam ipsos dies, quibus fiunt indicia ordine omneis de scripsit: & in Præsagijs circuitus, qui in quaternario numero fiunt, diligenter exposuit. Vnde videntur hæc commẽtationem requirere decretoriorum dierum. Primum itaq; dicit decretorium diem esse parium dierum, quartum: inde sextum, post hunc in plerisq; exemplaribus est scriptus octauus: tũ decimus. In alijs est scriptus quartusdecimus post sextum, deinde vigesimus: *S*ub hunc in aliquibus vigesimus quartus, in nõ nullis trigesimus quartus. Ab hoc quadragesimus: sub quem sexagesimus, octogesimus, cẽtesimus. At vero morborum, qui imparibus diebus iudicantur, primum dicit circuitum esse (*Sed* satius, vt indicauimus, erat dicere non de principio) tertium, deinde quintum, mox septimum, ab hoc nonum, sub quem vndecimum, ab hoc septimum decimum, tum primum vigesimum,

postea septimum & vigesimuz, postremo primum trigesimuz. Ostendimus vero in lucubratione de diebus decretorijs, omnium esse decretorium validissimos, qui quaterno, vel septeno circuitu fiunt: Moderatiores his esse, qui intercalantur. de quibus, quia probabilem habent generationem, dicamus. In cunctis imparibus nihil est erratum: ex paribus parum recte dixerunt vigesimumoctauum, & decimuz qui nequaquam decretorij sunt. 15

Porrò sciendum est, si probe iudicẽtur extra hos pręscriptos, significent recidiuas fore, fiantq; perniciales.

Prædictos dies bene & firmiter iudicare, tum iudicatos morbos omnino esse firmos, euadere aũt nonnunquá exitiales, illis cõmentarijs est declaratũ. 16

Insuper est animaduertendum, et cognoscendum, quę sint his temporibus futura iudicia, ad salutẽ, uel ad perniciẽ: aut momenta ad melius, uel peius.

Hoc loco significatum dictionis iudicij, docet, quod breuiter dicas, morbi repentinam esse mutationem. Nã fieri mutationem quadrupliciter, ipse dilucide significauit, ad salutem vel perniciem: aut momentũ ad melius, vel peius, insigne quidem. Prætermisit vero dicere insigne: vt quod in communi significato dictionis iudicij cõtineat. 17

iudiciũ qd

Preterea errantes febres, quartanę, quintanę, septimanę, & nonanę, quibus iudicentur circuitibus, considerandum.

Ne de his quidem in libro Pręsagiorum disputat. Etenim errantes singulas accessiones habent inordinatas: verum signis tamen, quæ decretorijs diebus animaduertuntur, illarum præscitur iudicium. At de circuitibus, qui ad integritatem veniunt, cuiusmodi tertianarum sunt, & quartanarum, ostensũ est vulgo medicorum præceptum incognitum, quod semper nos in ægris sumus experti. Non sunt dies primi attendendi, neq; isto ordine numerandi

Errãtes febres.

ſimpliciter, cæterum acceſſiones. vt ille
de exquiſita tertiana in Aphoriſmis di-
xit: Exquiſita tertiana ſeptenis circuiti-
bus, vt longiſſimum, iudicatur. Naʒ vt
hæc ſeptenis circuitibus iudicatur, ea-
dem ratione alia nouenis circuitibus:
alia vndenis, atq; ita deinceps pro nu-
mero decretoriorum dieꝝ. Ac de quar
tanis eadem eſt ratio. Vnde in libro
Præſagiorum ait: Fit autem quartana
rum etiam ſtatus hoc ordine. Ego ve-
ro etiam hanc commentationem cum
apud Eudemum Philoſophum præ-
dicerem, qui tribus tenebatur quarta-
nis, primam de illis receſſuram primũ,
quæ certis diebus inuadebat: & poſt to
tidem circuitus ab hac depulſa alterã
certo die: ſimiliq; modo cuʒ poſtea ter
tiam prænuntiarem, ex diuinandi arte
hæc prędicere iactabant, non ex medi
ca ſpeculatione. tametſi vates nunquã
vidiſſent vera Romæ de ægris prædi-
centes. Nam illorum, qui alijs in vrbi-
bus ſunt, nullum feci periculum. Nos
(quod Deo approbante dicam) nulla

re vnquam prædicenda offendimus? Atq; si ea quæ de iudicio sunt exposita, mediteris, Hippocrate eris arteq; dignus. Sed hæc obiter mihi dicta sunto. Nunciam ad propositam interpretationem reuertamur. Nam vt in libro Præsagiorum omnem absoluit de diebus decretorijs disputationez, ita de circuitibus quoq;. At nusquam de quintanis meminit, vel septimanis, vel nonanis, non modo in præsagijs de ipsis quicquam prædicens, sed ne in Aphorismis quidem. Enimuero cum in libro Præsagiorum dixit: Fit autem quartanarum etiam status hoc ordine. Et in Aphorismis: Exquisitam tertianam septenis iudicari circuitibus. Poterat eadem opera de quintana, septimana, & nonana idez pronuntiare, si ita scripsisset. Fit autem quartanarum etiam status; eodem modo quintanarum, septimanarum, nonarumq; hoc ordine.

Sed priusquam enarrare singulos ęgros aggrediar, interesse mihi tum ad claritatem, tum ad breuitatez videtur,

in commune vt de illis omnibus aliqd dicam. Ostendi cum in aliis operibus, tum in medendi Methodo, duplicem esse quæstionis inuentionem. Vnam, quæ ratione assequitur cognitionem vniuersalis, & communis singulorum formæ. Alteram per singularia ad cõmunem & vniuersalem peruenire. Atq; hæc quidem complere vniuersitatẽ, opera vero artificum circa formas versari indiuiduas, ad quæ debere exercitari, q vniuersale iam ante inuenit. Iaʒ etiam ad confirmationem eorum, quę sunt generatim inuenta, singularia cõducere. Ad discipulorum præterea captum, hæc veluti exempla sunt generalium præceptorum. Qua de caussa ego quoq; in lucubrationibus, omnibus meis, non vniuersalia tantum, sed & singularia ex Hippocratis libris collegi: præcipue vero capita ex libris de morbis vulgaribus adscripsi, in quibus a capite ad calcem est omnia, quæ ægris acciderunt, persecutus. In dyspnæis itaq; omnes commemoraui,

Opa artificu ca pticularia exercari nos iubrne:

qui in libris morborum vulgarium dif ficulter ſpirauerunt: In libris de diebus decretorijs; iudicatos, ſimiliq; in alijs modo. Quare prolixioris narrationis nihil opus ſit his, qui ad artis opera opera properant. Sed quando contextus Hippocratis nonnullis eſt in locis obſcurior, ideo operæpretium viſus mihi ſum facturus, ſi eas ego lucubrationes explicarem. Nam omnium ſymptωmatum, quæ ſingulis narrat morbis accidiſſe, ſi ſtatuam totam naturam declarandum, aut generationis cauſſas: quicquid vnquam ſcripſi, cogar huc omne transferre, ſimulq; eo mihi res deueniat, vt in ſingulos ægros ſingula habeam ſcribenda volumina. Quod ſi; quæ in libro Præſagiorum ſunt plene tradita, eorum hic exempla tantum indicem, reijciens ſummam diſciplinæ ad libros, quos conſcripſi, in ſpem venio fore mihi ſermonem compendioſum. 18. s

Philiſcus propter mœnia habitabat, P ÆGER·

AD PARTICVLARES OBSERVATIONES, AB VLIBVS DESCENDIT: ET XIIIJ. ÆGROS RECENSET:—

hic morbo decubuit. Primo die febris fuit acuta, sudauit, laboriosam noctem habuit. Postridie oĩa euaserunt grauiora, uesperi a clystere melius habuit, nocte quieuit. Die tertio mane & ad meridiem usq; febre uisus est liber esse: sub crepusculum uero febris eum acuta corripuit, una cum sudore, sitibundus erat, lingua preterea exaruit, nigram urinã reddidit, noctem grauem habuit, non dormiuit, omnino delirauit. Quarto cũcta exacerbata sunt. Vrina nigra, nox molestior, urina melioris coloris. Quinto ad meridiem parum de naribus, idq; merum stillauit: urine uarie, in quibus erant nubes quedam rotunde geniture similes disperse, non residebant: subdito balano, pauca retrimẽta flatuosa, nocte se grauiter habuit, sõni pauci, deliramenta loquebatur, extremitates,

vndequaq;

Velle Gal.m nõ nihil dixisse cur 3a die visus sit bñ se hre Philiscus

Stilla Nariu

undequaque frigebant, nec iam ad calorem illę reuocari amplius poterãt, minxit nigra, aliquantum dormiuit, sub diẽ obmutuit, frigida sudauit, extremę partes liuescebant. Die sexto ad meridiem est defunctus. Spiritus huic erat perpetuo quasi reuocanti, rarus & magnus. Lien in tumorem rotundũ allatus erat. Sudores perpetuo frigidi. Accessiones diebus paribus.

l. reuocati in memoria respirare:

In hoc ægro, tertio die mortẽ impendere, qui generalium præceptorũ meminit, clare perspiciat. Nam primo die inuasit acuta febris, quem sudor excepit. vnde febris nõ est discussa, sed nox etiam grauis fuit. Secũdus omnia exacerbauit. Inde tertius dies excretionem habuit nigrarum vrinarũ. Itaque etiam quod primo die accidit, statim perniciale erat. Nã decretoria non iudicantia, aut letalia, aut difficilis sunt, iudicij. Letalia, si, qua ijs symptωmata vel signa le-

Decretoria nõ iudicantia:

talia accidant. Difficilis iudicij, si absq; his signa permaneant crudorũ humorum. In Philisco vero signũ accidit letale, ꝙ ad sudorem non discutienté febrem tertio die nigræ vrinæ, & sitis accesserint, linguaq; insuper inaruerit, & implacidus fuerit tota nocte, vigilauerit, delirauerit. Hæc cuȝ ita essent facta, quarto ait die omnia molestiora euasisse, & vrinas iterũ nigras fuisse. Quare fac memineris, vbi quartus perinde vt tertius grauia habeat symptωmata & signa in morbo acuto, breui expectãdum iudiciũ esse: si paribus diebus inuadebat, potius in paribus: si vero imparibus, in his. Atq; vbi iudicium, illic scilicet & mors, in morbis quidé exitialibus. Et vero ad sextuȝ diem Philiscus periit, ꝙ accessiones paribus diebus haberet. nam hoc ipse declarauit Hippocrates, qui ad exitum totius narrationis ad hunc modum scripsit: Spiritus huic erat perpetuo quasi reuocanti, rarus & magnus. Lien in tumorem rotundum allatus erat. Sudores perpetuo frigidi,

Acceſſiones diebus paribus. Alius for
taſſis æger paribus ſymptωmatibus &
ſignis, nō die ſexto, ſed octauo obiret,
ſi & viribus eſſet Philiſco robuſtiorib⁹,
& minus ſymptωmata ſint & ſigna per
nicioſa. Nam cum hic tertio & quarto
die nigras vrinas redderet, aperte q̄; eēt
cacoethes morbus, prodebat. Sudores
præterea frigidi & ſanguinis ſtilla quin
to die cōprobarunt impendens exitiuȝ
in propinquo eſſe: multo id magis, q̄ð
adiecit ſtillæ merū hiſce verbis: Quin-
to ad meridiem parum de naribus, idq̄;
merum ſtillauit. Ergo cuȝ vel deiectio-
nem alui dicit, vel vomitionē meram,
interpretaȓ non mixtā, deiecta vel euo
mita, aut flaua ſyncera bili, aut atra,
aut virulenta. In ſtilla vero ſi accipia-
mus purum ſanguinē, rubrum (quādo
eius hic eſt peculiaris color) non recte
cogitemus. Rubri enim ſtilla haud eſt
in morbo exitiali viſa vnquam, ſed atri
ſemper. Proinde veriſimile eſt hunc ip
ſum atrum dicere Hippocratē merum:
interpretariq̄; vehemēter atrum. Itaq̄;

clare apparuit die tertio morbi exitium: non tamen quo erat moriturus die, cõstabat. Atqui vbi quarto die vrinæ nigræ permanerent, & accessiones fierent diebus paribus: si quidem ætate & robore virium repugnasset, ad octauum diem ęgrum suffecturũ probabile erat: sin secus, die sexto diem suũ obiturum esse. Iam cũ præter illa quintus dies haberet sanguinis stillam meri, tũ frigidos sudores, quos per totũ morbum durasse affirmat: optima ratione expectes ęgrũ accessioni sexto die instanti nequaquã fore perferendæ. Hæc itaq; assentiri illis videntur, quæ in vniuersum de decretorijs diębus, vrinis, ac sudoribus tradita in libris sunt Decretorijs, ad hæc in libris de dyspnæa, & delirio. Nam cum
" in libro Præsagiorũ dixerit: Spiritus fre
" quens, aut doloris, aut inflammationis supra septum transuersum, indiciũ est. Magna respiratio, & ex longis interuallis, delirii nuntia est: Et modo delirasse Philiscum ostendat, nulla facta difficilis respirationis mentione per totã nar-

Respirã delirij nuntia:

rationem, recte in exitu orationis addidit: Spiritus huic erat perpetuo quasi reuocanti rarus, & magnus. Liquet autem perinde esse rarũ dicere, ac ex longis interuallis. Quasi reuocanti, significat, vt recordanti. siquidem in cõmentarijs de dyspnæa, ob offensionem fieri mentis spiritũ rarum, & magnũ ostendimus, quasi obliuiscẽte actionũ ęgro, vt nesciat, nec quãdo cohibere eas, nec quando auspicari debeat. 19

spus rari, magniq causæ, 6.

Silenum, qui in Platamonis ędibus prope filios Eualcidis habitabat, ex lassitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempestiuis, ignis corripuit. Cæpit simul ex lumbis laborare, & capitis grauitate tenebatur, collumq; contendebatur. Primo die aluus biliosa, mera, spumosa, affatim multa reddidit. Vrina nigra, in qua nigra subsiderent. Sitibundus erat, lingua arida, nocte nihil dormiuit. Altero die febris acuta,

2 ÆGER obijt

retrimenta plura, tenuiora, ſpumoſa. Vrina nigra. Nox grauis, aliquantulũ delirauit. Tertio cuncta ingraueſcebát, pręcordiorũ contentio ſubmollis utrinque promiſſa ad umbilicum, aluus tenuis, ſubnigra. Vrina turbida, nigra. Noctem inſomnẽ duxit. Multa uerba, riſus, cantus, moderari ſibi non potuit. Quarto die eadem erant. Quinto deiectiones merę, bilioſę, lęues, per quã pingues. Vrina tenuis, liquida, pauca, mente cõſtitit. Sexto caput parum ſudauit, extremitates algebant, liueſcebant, multum ſeſe iactauit, aluus nihil excreuit, ürinę reſtiterunt, febris acuta. Septimo die obmutuit, extremę partes non amplius redierunt ad calorem, nihil minxit. Octauo frigidus toto corpore ſudor, papulę cum ſudore rubentes, rotundę, paruę, uaris ſimiles permanebant,

Papulae sub

nec abſceſſum efficiebant, alui irritatio-nes paruę, ſtercora tenuia, ueluti cruda, multa cum labore reddebantur, urinam reddebat cum dolore mordacem, meram: aliquantulum reſumebat caloris, ſomni tenues, & quaſi ſopores, obmuteſcebat, urina tenuis, liquida. Nono nihil mutabatur. Decimo potum nō ſumebat, ſopore tenebatur, & ſomni tenues, ſimilia alui excrementa. minxit multum, quod ſubcraſſum in matella euadebat: quod ſubſidebat, erat ſimile farinę craſſioris, album: extrema membra iterum frigebant. undecimo obijt. A primo hic ad finem uſq; ſpiritum magnum habuit, & rarum: pręcordiorum perpetuam palpitationem. Annum ętatis agebat circiter uigeſimum.

Lege de hac urina.

In hoc ægro, q̄d non fecit in primo, ætatem adſcripſit. Ille enim merito pe-

rijt die sexto, q in acuto morbo, exitialia continenter ab initio haberet signa & symptωmata. Hic non aliter atq; ille a principio affectus, tamen quia firmis erat viribus, ad diem progressus vndecimum est per virium robur: qđ verisimile erat cum alioqui suppeditare, tuz vero q adiecit ætatem, declarauit: quã in Philisco nõ addidit. Vnde eo q illã præterijt, significauit illum fuisse maiorem, ita vt minus validæ vires essent. Alius autẽ æger ijsdem ab initio signis & symptωmatibus, validis viribus si nõ foret, periret ad septimũ diem. Adeoq; hic ipse, nihil est factũ propius, q̃; vt eo die moreretꝰ, de quo scripsit: Septimo die obmutuit, extremæ partes nõ amplius redierunt ad calorẽ, nihil minxit. Quare planum ex his est, proxime illũ mortez deuenisse. At quia viribus erat robustis, potuit ad diem proximũ, qui decretorius erat, vndecimũ perdurare, quandoquidem tertio & quarto die in pessimis versatũ signis, & symptωmatibus, septimo oportebat vita excedere,

Signa pmiciosa

ꝙ ſcilicet eſſent magis acceſſiones die-
bus imparibus: id quod hiſce verbis ſi-
gnificauit: Tertio cuncta ingraueſce-
bant. Et poſtea iterũ: Quarto die eadẽ
erant. Cum igitur robore virium ſepti-
mum dié, vt dixi, potuit ſuperare, octa
uo papulas cum ſudore habuit ruben-
tes, rotundas, paruas: natura eius mor-
bo repugnante, & humorũ ſuperfluita-
tem malorum ad cutem propellente.
Idq; fuit cauſſæ, cur die nono non ſit
mortuus, ſed vndecimo. Quod ſi die
octauo nihil tale accidiſſet, reſtabat, vt
nono ille obiret, cum is certe ſeptimus,
quẽ dixit, fuiſſet. Quia vero æger etiã
in morbo delirauit, idcirco fini adiecit
narrationis, ſpiritũ eum raruꝫ habuiſſe,
& magnũ toto morbo. Iam etiam præ-
cordia illi perpetuo palpitaſſe affirma-
uit. quod quidẽ turbationis vel delirij
eſſe ſignum in libro Præſagiorũ eſt di-
ctum. Videtur homini inflãmatũ fuiſ-
ſe ſeptum trãſuerſum: quãobrem dum
tertium diem exponeret, ſcripſit: Præ-
cordiorum cõtentio ſubmollis vtrinq;

Sept. transvers. inflammatio

Papulæ unde.

Ergo pro bono signo papulæ accipiendæ:

Palpitatio præcordiorum:

Submollis præcordiorum contentio quid sit:

promiſſa ad vmbilicum. Submollis autem eſt ſubuacua, hoc eſt citra tumorem: qui fit vbi præcordia inflãmatur. Sed vbi inflammatione ſepti trãſuerſi præcordia, quia ſunt ad illud ꝯtinentia, attolluntur, cõtenduntur abſq; tumore. Etiam in totius narrationis initio dixit, ex lumbis illum laborare, & capitis grauitate teneri, collũq; contendi: quæ morbo ad exitiũ ſpectante, delirij notę ſunt: quæ quidem ſi coniuncta vigilijs ſine grauitate eſſent, phreneticus euaderet. Nunc capitis grauitas abundantiam declarans cõtineri in eo humorũ, non perinde calidorũ, aut bilioſorum (nam prorſus inſomnis eſſet) ægrũ ſignificauit ſoporatũ eſſe. Verum de his affectibus, in quibus ſimul ſoporãtur, & delirant, cum primã exponemus orationẽ libri prędictionũ, latius agemus. Neq; hoc loco prætereunda hæc mihi ſunt, citius, quod etiam ſæpe diximus alias, vbi qui manifeſtis ex cauſſis febricitare cœperint, ſiquidem nequaq; ſit morbo corpus opportunum, diaria

Capitis grauitas.

Diaria febris quæ fiat ex manifestis causis, & quæ putrida hinc elicito.



corripi febre. Atq; prorſus Sileno id accidiſſet, qui ex laſſitudinibus, potationibus, & exercitationibus intempeſtiuis erat correptus febre, niſi corpus iã ad morbum eſſet comparatum, qđ cognoſces ſymptωmatibus & ſignis, quæ primo ſtatim die & ſecũdo apparebãt. Primum itaq; eum, inquit, ignis corripuit, ita ſuo more febrem vehementiſſimam appellans. Deinde, primo die aluus billioſa, mera, ſpumoſa, affatim multa deiecit. Poſtea vrina, in qua ſubſiderent nigra. Poſt rurſus, lingua ſitibunda, & arida, nocte nihil dormiuit. Sileno mox primo die permulta acciderunt ſymptωmata, & ſigna exitialia; vt intelligere aperte poſſes, laſſitudĩes; potationes; & exercitationes morbi occaſiones fuiſſe. Nã appelles præter cæteras proprie occaſiones, quas Græci προφάσεις vocant, manifeſtas cauſſas. Cum vero alia preterea acceſſerint, quę homini impendere morbum arguant, multo tamen tempore præceſſerint, veriſimile tum ſit, potuiſſe & Silenũ hũc,

quid p igne audiendum uide 176. 1160

intempestiui exercitij cum inordinato victu
incomoda:

quod longo tempore vixisset illa ratione, ea de re morbum comparasse. Nam si quis laborando & operando sese ad lassitudinem vsq; affliget, potet autẽ large, tum intempestiue exercitationes subeat, id est aut a cibo, aut vbi tardius concocti sint cibi, antequã probe sit in sanguinẽ versum nutrimentũ, hic tum partim bilem propter labores aceruet, partim crudos & incõcoctos humores, ex potu & intempestiuis exercitationibus. Sunt autem morbi hi multo grauissimi, in quibus vtriusq; magna colligitur copia. s. bilis, et crudi succi 20

Grauiss morbi. 121.2

3 ÆGER. tatus.

Herophontẽ febris acuta corripuit: primo pauca, & cuiusmodi in tenesmo solent, deiecit: deinde tenuia, biliosa, plura, non dormiebat. Vrina nigra, tenuis. Quinto die mane obsurdescebat, oĩa ingrauescebant, lien intumescebat, precordia contendebantur, pauca & nigra aluus excreuit, desipuit. Sexto delirabat. Sub noctem sudabat, frigebat, in

Dierũ computatione post recidi-
ua

delirio perseuerabat. Septimo extremis membris frigebat, sitiebat, desipiebat. sub noctem ad mentem rediit, obdormiuit. Octauo febricitabat, lien residebat, omnia intelligebat, doluit ei inguen primum, secundũ lienem, deinde in utranq; tibiam dolores demigrauerunt, noctem facilem habuit. Vrinę erant melioris coloris, et residebãt in iis pauca. Die nono sudauit, iudicatus est, intermisit, die quinto rediit, simulq́; splen intumuit, febris acuta, surditas iterum. Post recidiuam, tertio die residebat lien, imminuebatur surditas, crura dolebant, nocte sudauit. Iudicatus est ad diem septimũ decimum. Neq; in recidiua delirauit.

humor ad inferiora raptus:

Hic pręter expectationem superstes fuit, quem scilicet primis diebus merito moriturum suspicatus esses. Etenim nigra minxit, & excrementa alui biliosa repressa, insecuta surditas est, vt quæ in

Supstes pter expectationem

caput aſcenderant: vnde nō immerito deſipuit. Nihil vero erat boni, quod vrinas nigras, quæ quidem erant paucæ, compenſaret, niſi ꝙ lien die quinto intumuit, excepta parte malorum humorum. Deinde, die octauo cum ex liene in crura tranſirent, hic diminuebatur quidem, cæterum ad crura dum deriuarentur, primum ei inguen doluit ſiniſtrum, quod poſitum eſt ſcd̄m lienē: poſtea tranſierunt ad vtrāq; tibiam dolores. Atq; hæc ſymptωmata in cauſſa fuerunt, quaobrem cōmode nocte haberet. Etiam minxit vrinam coloris melioris, quæ paucum haberet, & album ſedimentū. Mox die ſequenti, qui nonus erat, cū ſudore eſt iudicatus. Tanti ſcilicet erat deceſſiſſe quæ moleſta erāt ad parteis imas, vrinæq; cōcoctio. Veruntamen ne ſic quidē potuerunt hæc a morbo prorſus ægrum vindicare, qui die nono ſudauerat. Quare reliquias quaſdam habebat prauorum humorum, quę recidiuam quartodecimo die excitabant; a qua omnino eſt die ſe-

Recidiua causa:

ptimodecimo iudicatus. Seruabatur etiam in hoc ægro iudicium diebus decretorijs.

21

Philini uxorem in Thaso, quę filiã pepererat, purgatam ex prescripto naturę, & cętera recte habentem, decimo & quarto à partu die, ignis inuasit cũ rigore. Huic cor primũ dolebat, & pręcordia ad partem dextram, muliebriũ dolores, purgatio desita est. Subdito autem, hęc quidem facta leuiora sunt, cęterum capitis, colli, & lumborũ dolores permanebant, nulli erant somni, extremitates frigidę, siticulosa erat, uẽter ambustus est, pauca excreuit. Vrina tenuis, & a primo decolor. Sexto die, no ctu multũ delirauit, deinde resipuit. Septimo erat sitibunda. aluus biliosa, affatim multa. Octauo riguit, febris acuta, conuulsiones dolorificę, multum delira

Si bñ purgata ē a partu, & cętera recte habuerũt, cur hæc mulier morbo correpta ē.

uit, surrexit. Balano supposito, multa bile offusa deiecit, nõ dormiebat. Nono conuulsiones. Decimo aliquantũ mente constabat. Vndecimo dormiuit, omnia meminit, sed statim in delirium recidit, urinam uero reddebat una cum cõuulsionibus affatim multã, raro admonentibus, crassam, albã: qualis est quę in matellis diu stetit cum agitatur, non subsidebat: color & crassitudo assimilis iumentorum urinis. Hęc illius erat urina, quam ego uidi. Ad diem decimum & quartum totum corpus ei dolebat, multum loquebatur, aliquãtisper mente constitit, breui rursus desipuit. Ad diẽ septimumdecimum obmutescebat. Vigesimo animam egit.

Duo sunt huius narrationis, quoruʒ alterum est cum superius, & postea descriptis ęgris cõmune: decretorij scilicet dies. Alterum huius proprium. Mulierũ

enim huic ex retenta a partu purgatione, & morbus constitit, & mors. Obijt die vigesimo: cum diem quartumdecimum, & septimumdecimum cæteris esset peioris experta. Subdito, cum sit cum dictione Balanus scriptum, constat, quid denotet. Vbi vero nihil sit additum intelliges Balanum, vt volunt quidam, aut pessum, qui mitigat & inflammationem discutit. Illud certe in omnibus mulieribus, quarum impedita à partu est purgatio, sciendum est, & memoria tenendum, esse, quæ in extremum mortis discrimen veniát: Perpaucas admodum, quæ modice infestatæ sunt; propterea quod plurimis vterus inflametur; quibusdam in ipso partu sanguis effusus diuersa sit qualitate, his biliosus, illis melancholicus, alijs virulentus, aut pituitosus, aut mediocriter bonus, sed inculpatus haud vnquam. Nam eius optima portio in partus incrementú est insumpta. Demonstrant naturam eius symptωmata, quæ consequuntur cohibitam a partu purgatione

Mors ex purgatione à partu retenta: —

De purgationib. retetis enixarū.

Q

+ Enixar. purgationes numquam ex bono, sed ex vitioso semper sunt sanguine.

tionem, id q̃d huic accidit, de qua hoc loco verba fiunt. Rigor, acuta febris, sitis, biliosus affluxus, deliriũ, vigiliæ, biliosi sunt humoris indicia abundantis. At vero conuulsiones & tremores, & similis vrina iumentorum, crudi ea sunt & crassi species. Itaq; morbi sunt pessimi, in quibus vtriq; succi abũdant, quibus succedere demonstrauimus febrem semitertianam. Hæc igitur periculosam ægritudinem mulieri concitabant. Vtrum vero morbo supererit, an morietur, docere symptώmata statim a primo & signa valẽt. Quare faciamus vt exercitationis gratia hęc attẽdamus. Primo die, qui à partu erat quartusdecimus, ignis, inquit, corripuit cum rigore mulierem. Scimus autem illum ignem appellare febrem ardentissimam, cæterum haud dum erat ille planẽ exitialis: nec vero etiam cor ei dolere, id est, os ventriculi, nec muliebria, nec item dextra præcordia. Sed addit, nulli somni erant. Ergo augetur quidẽ ex omnibus his cognitio malitiæ morbi: nõ tamen

bilis signa. crudit[atis] sig: Morbi pessimi sũt in q[ui]bus tũ biliosi, tum crudi succi abundant iig. z. Cor i. os ventriculi

ex ijs omnino perituram cõſtat nobis. Itidẽ nec ꝙ ſitibunda erat, nec ꝙ erant vrinæ tenues & decolores. Tempus.n. ad concoctionem eiuſcemodi vrinæ deſiderant, non tamen ſunt omnĩ ex parte perniciales. Cæterum iam extremæ partes, inquit, frigidę erãt. Hoc vero multo pernicioſiſſimum eſt, vbi initio morbi ad grauiſſimã febrem adiunctum eſt. Hic ſi ſcirem, quo eſſet robore mulier, etiam de longitudine morbi poſſem dicere ex prædictis ſymptωmatibus, cum obſcuram alioqui haberet præter opinionez, ſpem incolumitatis. Quod quia nos præterit, huius certe debetis meminiſſe, vt quãdo ægros inſpicitis, cum exitioſis ſymptωmatibus, notam, quæ a viribus proficiſcitur, cõiungatis, atq; ita demum ſecure pronũtiare poteritis. Hanc ergo mulierẽ dolores, qui ad diem quartumdecimum totum corpus tenebant, & delirium, inſtare mortem denuntiauerunt, aut die ſeptimodecimo, aut vigeſimo, natura dierum decretoriorum. Et ſane vtrunq;

contigit. Nam die septimodecimo illa obmutuit, vigesimo est defuncta. 22

5. Aeger sanatus e.

Epicratis uxor, quę ęgrotabat apud Archegetem, instante iam partu, rigore correpta est: non incaluit, ut ferebãt, Postridie eadem erant. Tertio die filiã peperit, cęteraq; rite consecuta sunt. Postridie partus, eam febris acuta inuasit, cordis dolor, & muliebrium, nulli erãt somni. Per suppositum autem hęc releuata sunt, sed caput, collũ, & lumbi dolebant. Aluus pauca, biliosa, tenuis, mera. Vrinę tenues, subnigrę. Sexto die, quàm illam febris corripuerat, sub noctem delirauit. Septimo omnia sunt exacerbata, uigilię, delirauit, sitibũda, deiectiones omnes biliosæ, affatim multæ. Octauo riguit, plus quieuit. Nono eadem erant. Decimo crura magno dolore afficiebãtur, iterum cordis dolor;

computat hic dies à febri no à partu ut docet. 3° psag. xij idē facit in ægrotante superiori, et infra in uxore dromeadæ, xj: lege pro hoc A. mati Com. p. cano ne. 34:

capitis grauitas, nō delirauit, dormiuit plus, uenter restitit. Vndecimo sudauit, minxit melius colorata, quę multum habebant sedimenti, cōmodius habuit. Die decimo & quarto riguit, febris acuta. Quintodecimo uomuit biliosa, frigida, paulo plura, sudauit, libera febre. Sub noctem uero febris acuta, urina crassa, cum candido sedimento. Decimo & sexto ingrauescebant, nocte magna cum molestia non dormiuit, delirauit. Decimo & octauo sitibunda, lingua torrida, somnū non cœpit, crura ei dolebāt. Ad diem uigesimum mane aliquantulū riguit, sopore tenebatur quiete dormiuit: uomuit biliosa, pauca, nigra. Sub noctem surduit. Ad diem uigesimumprimum sinistri lateris grauitas undiq; cū dolore adiuncta, parua est tussis insecuta, Vrinæ crassæ, turbidæ, subrubræ:

quæ depositæ non subsederunt, cætera leuiora, igni non libera. Mox ab initio fauces ei dolebant, rubescebantq;, columella reuulsa, destillatio acris, mordax, salsa, perpetua erat. Ad diem uigesimũ septimum febre erat libera, urina sedimentum habuit, latus nonnihil dolebat. Ad diem trigesimumquartum igni est correpta, uenter fluxione turbatus est biliosa. Quadragesimo die pauca uomuit, biliosa, iudicata est, & ab igni liberata prorsus die octogesimo.

Mulierem hanc, cum iam partus instaret status dies, riguisse citra febrẽ dicit. Adiunctum autem est orationi, vt ferebant, propter rei nouitatem. Nam veteres pleriq; omnes spontaneis rigoribus febrem succedere necessario existimabant. Spontanei illi vocatur, qui nullam habent externã caussam. Itaq; in præfatione libri probè inscripti, prima de morbis, necessario febrem rigo-

Rigore sine febre no[n] e[ss]e ueteres existimabant

ris esse comitem scriptum est. Sed nos ostendimus hunc rigorem, quem non sequitur febris, frigidoruz esse & crudorum succorũ prolem: atq; idcirco nunc magis q̃; olim existere: ꝙ tota viuẽdi ratio dura vna cum balneis a cibo cõtrahere humorum copiam consueuit. Videtur enim Epicratis vxor eorũ humorum plena fuisse. Quã ob rem primo die eam ait riguisse, nec incaluisse, hoc est, nec febricitauisse, similiterq; postridie. Die tertio peperisse, vt fortasse vel ante diem statum pareret vi rigoris. Vnde postridie partus, cor illi, id est, vẽtriculi os dicit doluisse, & muliebria. vbi intelligendum est membra, vti etiã supra. Post hæc per subditum, eam esse releuatam. Ante est dictuz, & balanũ, &, pessum in subdito posse intelligi. Inde ordine symptωmata recenset morborum acutorum, capitis, colli, lumborum dolorem, vigilias, & deiectiones mere biliosas. Quo patet, non cruduz modo, sed & biliosum abundasse humorem. Cæterum cum vrinæ essent te

nues, neceſſario morbus producebat,
quas quia ſubnigras ait fuiſſe, ſignifi-
cat, & turbationē, & rem a periculo nō
abfuiſſe. Et ad vndecimū quidem diē
nihil de mulieris ſalute habebatur cer-
ti: q̄ nullū intercederet illuſtre ſignū,
vnde vel ſalutem expectares, vel mor-
tē. Die vndecimo illuxit ſignū quod-
dam incolumitatis, vbi ait: Vndecimo
die minxit melius colorata, quæ mul-
tum habebant ſedimenti, commodius
habuit. Eo die cum tandem humores
inciperent concoqui, neceſſario diutur
nior erat futurus morbus: quare deci-
mo & quarto die primum eſt iudicata,
vt iam periculo liberata eſſet. Interea
loci vſq; ad quadrageſimū diem ęgro-
tabat: prorſus vero eſt liberata octoge
ſimo. Quare fac memineris id qđ ex-
perimenta atteſtantur, diem quadra-
geſimum & octogeſimum decretorios
eſſe: & mendacium eſſe, nec experien-
tia approbari integris hebdomadibus,
decretoriorum dierum rationem iniri.
Alioqui enim alter & quadrageſimus,

Elice nō de terminare pſagiēdū niſi aliqd illuſtre ſignū appareat:

ſexageſimuſtertiꝰ, & octogeſimuſquartus iudicia: nõ quadrageſimus, ſexageſimus, & octogeſimus afferrent. 23

Cleonactidem, qui ſupra Heracleium decumbebat, ignis corripuit errãs. A primo caput ei & ſiniſtrum latus dolebant: cæteraq; laborabant perinde ac laſſa. Febrium acceſſiones alias aliter inordinatæ erant. modò ſudabat, modò non, ferè acceſſiones inuadebant decretorijs diebus. Circa diem uigeſimumquartum extremas manus dolor affecit: uomuit bilioſa, plura, & paulo poſt uirulenta, cuncta remiſſa ſunt. Ad diem trigeſimum ex utriſq; naribus prorumpere ſanguis cæpit: idq; inconſtanti ordine paulatim uſq; ad iudicium, nõ abhorrebat a cibo, nec ſitibũdus erat toto tempore, neq; inſomnis. Vrinæ tenues, non decolores. Ad diem quadrageſi-

mum ſubrubra minxit, cum rubro ſedimento multo, leuius habuit. Poſt uariarunt urinæ: interim ſedimentum habebant, interim non. Sexageſimo multũ habebant urinæ ſedimentum, album & læue. Omnia ſunt remiſſa, febres interm iſerunt. Vrinæ iterum tenues quidẽ, ſed boni coloris. Die ſeptuageſimo febris intermiſit decem dies. Octogeſimo riguit: acuta febris inuaſit, multum ſudauit: urinæ ſedimemtum rubrum, lęue habuerunt, prorſus iudicatus eſt.

Cleonactidẽ, inquit, ignis corripuit; hoc eſt, vehemẽs febris detinuit ſtatim adijcit errans, quod eſt, nullo circuitus ordine. vt nunc, verbi gratia, tertio, vel quarto die febricitaret: nunc quinto, vel ſexto. Cæterum eam eſſe ſemper optima conſecuta ſigna, appetitum ciborum, & ſomnorum, tum q̀ non ſitiret, nec decolor eſſet vrina. Nam hæc Hippocrates ad verbum ita ſcripſit: nõ ab-

horrebat a cibo, non sitibundus erat toto tempore, nec insomnis. Simulq; redundantem succum non esse biliosum & calidum his significabatur. nã ab eo quidem sitibundi & insomnes efficiuntur, atq; adeo fastidiosi, id est, appetitu carentes. Quare si vt vrinæ perpetuo boni coloris erant, sic mediocre habuissent sedimentum, non ita esset morbus extractus. sed fortassis die quadragesimo esset iudicatus. Si ita nubẽ habuisset bonam, ocyus morbus esset depulsus. Nunc quia vrinæ semper tenues erant, multum spatij requirebant concoctioni. Igitur die ait quadragesimo subrubra illũ minxisse, quæ sedimenti haberent rubri multum. Talem vero vrinaʒ multo dicit in Præsagijs esse ea, quæ album habet sedimentum, diuturniorem, perquam salutarem tamen. A die quadragesimo scripsit varie fuisse vrinam eius affectam, vt sedimentum interdum haberet, interdum non haberet. quod consentit errantibus accessionibus. Illæ siquidem ab humorum di-

Bilis eff.

Vrina tenues longe distat à concoctione

Rubrũ sedi multũ, diuturniores morbi sed ... [illegible]

Erratis febres unde fiant, hæc et isi. a.

uersitate, qui morbos pariunt, conci-
tantur. Et vrinæ cruditas & concoctio alternantes, aliquos indicabāt illorum concoqui, aliquos permanere crudos. At vero die sexagesimo multum dicit & læue, albumq; sedimentuȝ extitisse: ideoq; subdit: Omnia sunt remissa, febres intermiserunt. Verum quia postea scripsit: Vrinæ iterum tenues, sed boni coloris: residuos quosdam fuisse crudos humores innuit: quibus paulatim concoctis, dies octogesimus absolutuȝ iudicium attulit. de quo ad verbum sic scripsit: Octogesimo riguit, acuta febris inuasit, multum sudauit. Vrinæ sedimentum rubrum, læue habuerunt, prorsus iudicatus est. Hic rursus memento sedimēti formam maximi esse momenti. Vrinæ quidem sedimentum album, sed crassum fuisse vel ijs qui obierunt docet. nam de Sileno, quem alterum hoc libro descripsit, ita dicit: Minxit multum, quod subcrassum in matella euadebat. Sedimentum simile farinæ crassiori, album: cum tamen

hic Silenus postridie obiret, die vndecimo, qui decimo commemoratam vrinam reddidisset. Iam circuitus etiam memineris decretoriorum dierum. Sexagesimus enim periudicauit, nō sexagesimustertius. Deinde octogesimus, non octogesimusquartus Nam tres septimanæ, non ad diem primum vigesimum progrediūtur, sed viginti diebus terminantur. 24

Tres septimanæ vi ginti dieb. terminat.

Metonem ignis corripuit. Lumborum dolorifica grauitas. Postridie cum multum aquæ biberet, largius & bene aluum reddidit. Tertio capitis grauitas. Retrimenta tenuia, biliosa, subrubra. Die quarto cuncta exacerbata sunt, bis de nare dextra sanguis paulatim fluxit, nox grauis fuit. Deiectiones, ut erāt die tertio. Vrina subnigra, in qua subnigra subsidebant dispersa, non sudabat. Die quinto è dextra nare affatim profluxit merus, sudauit, iudi-

Æger 5. 7. seruatus

Sanguis narib. paulatī fluxit.

catus est, A iudicio insomnis erat, deli- rauit. Vrinæ tenues, subnigræ, caput la uit, dormiuit, mente constitit. In hoc nõ erat recidiua, sed crebro sanguis etiam post iudicium profluxit.

Largus sa- guinis fluor

Hic æger confirmat vniuersum hũc sermonem. Largum enim de naribus profluuium sanguinis liberat fere. Sane enim a solo videtur sanguinis profluuio, & iudicatus, & seruatus: quãuis non omnino tuta signa haberet. Nam quarto die dicit habuisse eum vrinas subnigras: cui annectit, in qua subnigra subsidebant dispersa, non sudauit. Atque die quinto tametsi sanguinem profluxisse dicat de naribus, & sudasse, & ab his iudicatum: tamen postea, vrinæ, inquit, tenues subnigræ. Deinde, peruigilauit, delirauit. Huius te præsentissimum remedium docuit, vt caput laues. dixit enim in libro de ratione victus in morbis acutis, caput non lauandum esse his, quibus de naribus erumpit sanguis, nisi min⁹ iusto fluat.

Sanguis nariũ fluor, cũ sudore,

capitis lo- tio, qñ sã- guis parũ erũpit:

Nunc vero erat iusto minus, siquidem perpetuabat vigilias & deliria. At etiaz quę sunt agenda quo, potissimũ vergat ad loca accõmoda, recte in vniuersum dicta ab hoc casu fidẽ accipiunt. Non est negligendũ pręterea, qđ est, cum tertium diẽ exponeret, dictũ: grauitas capitis: vnde capitis repletio significatur. Iam memoria teneas etiaz die quarto, qui decretorius erat, cœpisse sanguinez profluere. Die quinto vbi prorsus sanguis profluxerat, sudaueratq;, esse iudicatum. Sed hæc in libris de decretorijs diebus plenius persecuti sumus. Quod vero in exitu totius narrationis scripsit (In hoc nõ erat recidiua, sed crebro sanguis etiaz post iudiciũ profluxit) eo est dictũ, ꝙ absq; vrinarũ ꝯcoctione esset iudicatus. Didicistis autẽ hoc ipso in libro: cõcoctiones celere iudiciũ, & certã sanitatem promittere. at cruda & incõcocta in malos abscessus deflectere, aut in acrisias, aut labores, aut interitus, aut diuturnitates, aut recidiuas. Atqui cruda adhuc erant, & incococta, non

vr i filia Noni macl larij 1561
iudiciũ sine cõcoctione
" " " "
hyge fol. 52

tamen in malos abscessus cõuersa fue-runt. Itaq; abscessus ipse optimos esse docuit, qui effluxione fiunt: ab his, qui remotissimi sunt a locis affectis, & ad inferiores corporis parteis. 25

Erasinus, qui prope Bootæ torrentẽ habitabat, igni est à cæna correptus, noctem habuit molestam. Diem primum *quiete, noctem laboriose transegit.* Alte*ro die omnia ingrauescæbãt, noctc deli-rauit. Tertius dies laboriosus fuit, multum delirauit. Quartus fuit molestissimus, noctc nihil dormiuit, insomnia, imaginationes. Deinde peiora, magna, & periculosa, timor, ĩplaciditas. Quinto de mane recreatus est, & omnino resipuit.* Mul*to autẽ ad meridiem furore percitus est, sibi imperare non poterat.* Extre*mitates frigidę & subliuidę.* Vri*næ crudæ, ad solis occasum* expirauit. Habebat hic *febrẽ perpetuo cũ sudore.*

Precordia tumida, contenta cũ dolore, urinę nigrę, nubes continebãt rotũdas, non subsidebant. Venter stercus excre=uit. Sitiebat continenter non ualde, conuulsiones multę cum sudore, et sub mortem continentes.

Erasinus hic, semper sudauit. i. per totum morbuꝫ sine iudicio. Præcordia admodum male erant affecta, & vrinæ nigræ. Quã igitur habebat salutis spẽ? Itaq; quia omnibus est perspectũ, qđ hoc homine futurũ sit, merito quis existimet nequicquam scriptum de eo esse. Verum fortassis hunc hominẽ exẽplum adduxit celeris interitus. Nam in libro Præsagioꝝ primum dixit: febres, sive sanus qs ab iis euadat siue pereat, pari dieꝝ numero iudicantur. Deinde omnes, inquit, quę probis fulciuntur signis, quarto die vel ante iudicãtur. Ac postea: Et pessimæ, & quibus periculosa adsunt signa, die quarto vel citius perimũt. At Erasinus, quanq; omnia pra

colligebat enim:

lib. 3° ab initio

ua haberet, ad diem tamen quintum mortē produxit: quod die primo mediocriter haberet. Vnde ē de eo sic scriptum ad verbum: Diem primū quiete transegit. Quintus itaq; ab initio quo decessit, non adnumerato primo, quartus efficitur. 26

Critoni in Thaso, recto ambulanti, pes dolere ex pollice uehemēter cœpit. Decubuit eodem die, horrescens, fastidiosus, parum calens, nocte desipuit. Altero die tumor toto pede, & ad talum, subrubens, cum contentione, pustulę nigrę, febris acuta, insanijt. Deiectiones merę, biliosę, plures fuerunt. Perijt postridie, quàm ęgrotare cœperat.

Aeger hic, quia tā perijt subito, me moratu dignus est. Q ō si ratio sit mortis adscripta, tu3 sermo nobis vndequaq; accōmodet. Nūc ex illis, quæ scripsit copia humo℞ magna fuisse videtur, quos natura est a principibus partibus

ad crus molita deriuare, cum id membrũ omnem capere non valeret superfluitatẽ, residuũ recurrẽs ad caput ascẽdit, quod, qua erat prauitate, furiosam insaniã excitauit. Prauitatis excrementi erat indicium, quod pustulæ nigræ generarentur ad talum. Vnde mireris, quid caussæ fuerit, quo minus huic initio morbi secuerit venã. Sed scimus ad plurimos eum, quos descripsit, morbo iam progresso, accersitum esse. 27

Glazomenium qui iuxta Phrinichi dai puteum decubabat, ignis inuasit. A prin[illegible]illi caput, collum, & lumbi dolebant. Statim surdus effectus est, somnis carebat, acuta corripuit febris, pręcordia in tumorem attollebantur, contentio parua, lingua arida. Die quarto de nocte desipuit. Quinto cum labore omnia ingrauescebant. Ad diem vndecimũ fuerunt remissiora. Deiectiones ab initio ad diem vsq; decimumquartum mul-

tę, tenues, aquei coloris. quod ad aluum exonerandum attinet, commode habebat. Inde aluus restitit. Vrinę perpetuo tenues quidem, cęterum boni coloris: et multum habebant nubium dispersarum non subsidebant. Die decimo & sexto minxit paulo crassius, habebat aliquid sedimenti, aliquantum recreatus est, magis mente constitit. Septimodecimo iterum tenues, secundum vtranque aurem tumor cum dolore, nulli erant somni, delirabat, crura illi dolebát. Vigesimo die febre liberatus est & iudicatus, non sudabat prorsus, mente cõstitit. Circa diẽ uigesimumseptimum coxę dextrę uehemẽs dolor, subito sedatus est. At Tubercula aurium non residebant, neque suppurabant. Tenebatur dolore die primo trigesimo, uenter fluebat multis aquosis excrementis, ac qualia esse in dysenteria so

Parotides

lebant. Vrinas reddidit crassas. Tubercula aurium resederunt. Quadragesimo die oculus dexter illi dolebat. obtusior erat uisus, ad statum suum rediјt.

Vir hic vel testimoniū, vel etiā exēplum est non paruum generalium prę ceptorum, instituamus aūt orationem ab vrinis: de quibus scripsit, die vndecimo vrinas perpetuo tenues quidem. cæterum boni coloris minxit, & multū continebant nubium dispersarum, non subsidebant. Perinde enim quasi ab initio tales fuissent, & permansissent eodem in statu ad diem decimū & sextū, ita loqui videtur. Die sextodecimo earum mutationem indicauit, vt tum primū incidenté Nam hæc sunt eius verba: Die decimo & sexto minxit paulo crassius, habebat aliquid sedimenti. Planum ergo est, tenues, sed boni coloris vrinas, ob coloris bonitatez promittere saluté. Quatenus aūt erant tenues, hactenus tépus requirebant concoctioni. Cæterum eorum quæ molestiam creabant, nū

Vrina tenues sed boni coloris

vnum erat genus. Nam cum prius die decimo & sexto vrinæ cõmutationem declarasset, postea dicit: Die septimodecimo iteꝝ tenues. Eodẽ die dicit, ſm aures eius tumores excitatos. Quod si adiunctas habuissent vrinas crassas, vigesimo die omnino rediјsset ad sanitatẽ, quod dies decimusseptimus fit vigesimi decretorius. Itaq; eo die ẽ prorsus iudicatus: non erat tñ constans & absolutum iudiciũ. Imo vero tubercula ſm aures non resederũt, neq; suppurarũt. Dolore præterea infestabaẽ, & alui fluxio incepit vna cũ excrementis dysenteriæ, hoc est, ramentosis, quę acredinis erant humoꝝ, qui descendebant, notę. Quibus cũ vrinæ accederent crassæ, tumores iuxta aures resederũt. Quæ cũ ita procederent, solida morbi decessio in diẽ quadragesimum incidit. Quare memineris in eiusmodi iudicijs, nõ tm̃ vltimi, qđ fit in circuitu decretoriorum dieꝝ, sed etiam eius, qđ in medio est. Etenim in omnibus ægris, non his solis videas iudicia diebus decretorijs fie

ri. In decretorijs dieb⁹ tumores sunt ad aures exorti. At septimodecimo extiterunt parotides. Die vigesimoseptimo coxæ dolor dextrę iuasit, natura excrementum deorsum protrudente, nec dū excretionē valente per aluū efficere: q̄; ab hinc quatriduum excitauit. Nā habuisse etiam diē vigesimū iudiciū non absolutum, antea didicimus. Quo fit vt testimonio eoꝝ, quæ dilucide in ægris conspiciuntur, constituantur circuitus dierum decretoriorum. 28

Coxæ dolor:

Dromeadai uxorem, quę filiam erat enixa, cęteris rite consecutis, postridie rigor cępit, febris acuta. Primo die ex precordijs laborare cępit, fastidiosa, horrens, implacida. Sequentibus diebus somnum non cępit. Spiritus rarus, magnus, precordia statim reuulsa. Postridie eius diei, quo riguerat, aluum commode reddidit. Vrinę crasse, albę, turbidę, cuiusmodi sunt, quę ĩ matellis diu

Aeger 5. obijt:

steterunt, cum agitantur, non subside-
bant: Nocte non dormiuit. Tertio die
circa meridiem riguit, febris acuta, uri
nę eędem. precordiorũ dolor, fastidio
sa, nocte magna cum molestia non quie
uit. Sudor vndiq; frigidus. Euestigio ca
lor illi redijt. Quarto dolor pręcordio
rum remissus est. Capitis vna cum do-
lore grauitas, aliquantulũ soporata est,
parum nares stillarũt, lingua perarida,
sitibunda erat. urinę paucę, pertenues,
oleosę, paulisper dormiuit. Quinto si
tibunda, fastidiosa, urinę eędem, nihil
deiecit. circa meridiem multum delira
uit, statimq; ad mentem aliquantulum
redijt, surgebat, ac deinde mox sopora-
ta est, paululum frigebat, nocte quieuit
delirauit. Sexto de mane riguit, perca
luit, toto corpore sudauit, extrema mẽ
bra frigida, delirauit, spiritus magnus,

rarus, paulo poſt conuulſiones a capite cœperunt, ſubito expirauit.

Hanc primo ſtatiʒ die laborare morbo acuto fuit claꝝ: die ſecundo, ex ſymptωmatibus, quæ recitauit, cũ iam præceſſerant ex vrina ſigna, optima ratiõe potuit aliquis celerẽ eius mortẽ expectare. Vrinæ ſatis malæ, conturbatę, & nequaq̃; ſubſidentes. Quin die ẽt tertio vrinæ & ſymptωmata cuncta pmãſerunt, cõfirmantia expectationẽ mortis. Quarto cũ nares præterea ſtillarẽt, vrinæq; oleoſæ viderentur, recte ſane die ſexto eſt defuncta. Hãc ipſaʒ quoq; dicit ſpiritum habuiſſe rarum & magnum, qui deliraturam annuntiat. 28

Quidam caleſcens cœnauit: & potauit largius, uomuit cuncta. nocte febris acuta, pręcordiorũ dextrorum dolor, ſubmollis in partibus externis inflammatio, noctem moleſte tranſegit. urinę primo rubrę, craſſę, depoſitę non conſiſtebant, lingua perarida, non perinde

erat sitibundus. Quarto die febris acuta, undiq; eum affligebat dolor. Quinto minxit leue, oleosum, multum. febris acuta. Sexto uesperi multum delirauit, nec nocte dormiuit. Septimo omnia irritata, sunt, urinę similes, multum loquebatur, sibi imperare non potuit, aluus irritata, liquida, turbida, cum lumbricis excreuit, noctē laboriosam habuit. Mane riguit, febris acuta, sudauit multum, febre carere uisus est, non multum dormiuit, a somno friguit, spuit, uesperi multum delirauit, non multo post uomuit nigra, pauca, biliosa. Die nono frigebat, magnopere delirabat, somnum non cępit. Decimo crura doluerunt, omnia exacerbata sunt, delirauit, undecimo defunctus est.

Hæc nos historia primū docet operæpretiū esse attendere, vt primum in-

uadunt morbi,& nõ temere & citra iudiciũ cibum ſumere,ét ſi parui videantur morbi. Hic nãq; vir quia intempeſtiue cœnatus erat initio,cuʒ parua febris eſſe videretur (hoc enim declarat nomine caleſcens)læſus ſane etiam ẽ, quod intempeſtiue cibum ſumpſiſſet. At largius etiam,inquit,potauit: neſcius magni eſſe principium morbi. Non iniuria igitur hæc vomuit: febriſq; vna cum ſymptωmatibus nõ leuibus acuta inuaſit,ſed intolerabilibus. Tum vrinæ craſſæ non ſubſidentes. Die quinto conſpicuum erat illi inſtare mortem,p̃ter prædicta ſymptωmata, redditis vrinis oleoſis,quas etiam die ſeptimo excretas dicit. Perijt autem & hic, die decretorio, vndecimo. 30

Cibũ nõ temere ſumendum.

Mulierem quandam quę decumbebat in littore, trimeſtri fœtu grauidam ignis corripuit. Mox ei cœperunt dolere lumbi. Die tertio dolor colli, & capitis ſecundum clauiculam: & manum dexteram, ſtatim lingua obmutuit, dex

Aeger 13

tra manus cum conuulsione elāguit, ut attonitis solet, prorsus delirabat. Nocte cum molestia non dormiuit. Aluus turbata est, ac biliosa, pauca, mera, excreuit. Quarto linguam uox defecit. Eadē conuellebātur. Dolores omnium perdurarunt. Prçcordia cum dolore sunt conuulsa, somnum non cçpit. Semel delira erat, aluus turbata, urinę tenues, non boni coloris. Quinto acuta febris, pręcordiorum dolor, plane delirauit, excrementa alui biliosa. nocte sudauit, febre liberata ē. Sexto mente constitit, ab oībus ē releuata. Cęterum clauiculę sinistrę dolor non ē sedatus, sitibunda, urinę tenues, non dormiuit. Septimo tremuit, aliquantulum est soporata, nonnihil delirauit. Dolores clauiculę & brachij sinistri permanserunt. reliqua remissa sunt, mente cōstitit plane. Treis eā dies

febris reliquit. Vndecimo rediit, riguit igni est correpta. Ad decimumquartũ uomuit biliosa, flaua, copiosiora, sudauit, febre liberata est. Iudicata est non citra dolorem ab illis ipsis affectibus.

Superfuit hæc, & si graues cõmemorauerit morbos oẽs, vel ẽt periculosiores. Nec possum non mirari, qd de ætate illius nihil conscripserit. Operæpretium sane est dictoꝝ habere memoriã vt cognoscas esse exemplũ raꝝ, prægnãtes præter abortioné talibus morbis defungi. Iam illud quoq; meminisse par est, fœtũ trimestrem & quadrimestrẽ ꝑter cæteros iniurijs resistere. Cuius non ignarus Hippocrates, in Aphorismis dixit: Grauidæ purgandæ sunt, si cõceptus gliscat quadrimestris, vsq; ad septimum mensem, minus vero has. Minores & prouectiores caueto. Itaq; fœtus vincula, qbus adhærent vtero, imbecillia habent, & vniuersum corpus teneꝝ. Qui vero prope partũ sunt, quia sunt

cõtra · d · Hipp · [illegible] · Man · Epist · p[illegible] lib · xv · lib · 4 · apho · p ·

iam magni, multo indigent alimento: quo si deficiant, crebro in morbis acutis pereunt. Quo fit, vt bonã victus rationẽ his pscribere nõ parui negotij sit quæ acuto morbo laborant, si cõceperint. Nã si vt non pgnantes parce nutrias, pditur fœtus: sin huius habita ratione, liberalius illas cibes, in discrimen ipsa pgnans adducit. Quam ob rem fœtus trimestres & quadrimestres citiꝰ ac alij seruantur. Huic ergo mulieri, cũ vel essent vrinæ albæ & coloris nõn boni, tñ propter naturæ robur, contigit superstitem esse: quod nocte p sudores febrẽ discussisset. verꝫ morbus diebus consequentibus vsq; ad vndecimum nõ poterat validus esse, quo die cũ rigore cũ redijsset, vomitu est & sudore pfecte iudicatus. Nã a die quinto ad vndecimũ quæ intercesserũt symptωmata, ad neruorꝫ pertinebant, & non venarꝫ, aut arteriarꝫ genus. Itaq; die, inquit, septimo tremuit, aliquantulũ est soporata, non nihil delirauit. Nã in venis quæ essent, melius post quinti diei iudiciuȝ matu-

Lege · v · aph · 30

Morbi ad neruos qui

rabantur. Quare de sexto die scripsit: Vrinæ tenues, addito (non boni coloris). Hæc memoria tenenda, præterea istud quinti diei, vt incerta adducit iudicia. Siquidem aliuꝫ nuper ægrũ sanguinis eruptione iudicabat, & mulieré, de qua nunc verba facit, sudore: quamuis morbo vterq; ctudo laboraret ipso illo die, quæ caussa fuit, cur minus faceret absolutum iudicium. 31

Melidię, quę decubuit iuxta ędem Iunonis, cæpit caput, collum: & pectus uehementer dolere, statimq́ febris eam acuta corripuit, menses pauci fluxerũt, dolores omnium horum perpetui. Sexto die sopore premebatur, fastidiosa, horrens malarũ rubor, aliquantum delirauit. Septimo sudauit, febris intermisit, dolores permanserunt, repetijt, somni pauci: urina perpetuo boni quidem coloris, cęterum tenuis: biliosa, mordacia, admodum pauca, nigra deiecit: in

urina subsedit album, leue: sudauit, iudicata absolute est die undecimo.

De hac etiam scripsit initio vrinarum speciem. At in vltima parte narrationis ait: Vrina perpetuo boni quidẽ coloris, cæterum tenuis. nã plane quæ tenues sunt, natiuum colorem non habeant. Etenim modice sunt pallidæ, quæ boni sũt coloris. At prorsus tenues albẽt. Quatenus vero valet bonus vrinarum color cum tenuitate coniungi, eatenus interpretari debes eum, cum dicit, vrinam perpetuo boni quidem coloris, cæterum tenuẽ fuisse. Sed videtur hæc quoque mulier naturæ firmitate conseruata.

Bonus lorij color: quid audiedum cum dicat vrinã tenuẽ cũ bono colore

Finis Tertij Commentarij Galeni in Primum Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus.

GALENI IN TERTIVM HIPPOCRATIS librum de Morbis Vulgaribus Cõmentarius Primus, Hermanno Cruserio Campensi Interprete.

1



Ythion, qui propter Telluris ędem habitabat.

Aeger. P.

Pro titulo id scriptũ seorsum puta esse, Pythion; qui propter Telluris ædem habitabat: ac in altero principio lege historiam eorum, quæ illi acciderunt. Nam sic satius dictionem existimes scriptaȝ esse, q̃ȝ statim Hippocrateȝ initio solœcissimum consulto cõmisisse: cum nullam scripserit toto in libro eiuscemodi figuram; nec cũ ægros, nec cum exponat pestem. Sunt tamẽ, qui datiuo casu scripserũt: Pythioni, qui propter Telluris ædem habitabat, scrupulum stu-

dentes solœcismi vitare.

Cæpit primo die tremor a manibus, febris acuta, nugabatur.

Primo statim die Pythionez ait vna cuz acuta febre in symptωmata incurrisse duo, in tremorem manuuz, & insipientiam quadam paruam. Nam hoc illi est familiare, vt alijs atq; alijs nominibus modum subijciat dementiæ, nugatum esse, delirasse, desipuisse, dementem fuisse dicens: Alias vesanū fuisse, vel amentem, insaniuisse, & furore esse exagitatum. Quare si nugatus sit Pythion, constat modice desipuisse. Atq; didicimus tremoris esse musculoruz infirmitatem caussam. Desipientiam vero fieri cerebro inflammatione offenso, vel copioso bilioso succo. Et acutaz febrem, putredinis esse humoruz comitem. Quod igitur si quæ morbum præcesserunt, quod in alijs fecit, item in Pythione asscriberet, possent nobis illa originem ob oculos ponere morbi. Nunc quia omisit, conabimur nos ex his de-

Tremore, palpit. c. v.
Gs. Tremori no ē passion: sed ipsius Facultatis.

mum, quæ aſcripſit, eam indagare. Si mulq; quod nihil prodiderit de his, quę morbum præceſſerunt, ſtatus innuitur corporis. Nam ſi vel ex intēpeſtiua exercitatione, vel potu. vel venere, vt ſcribere ſolet, vel ex quo alio, quod longe ab inſtituta victus ratione recedebat, febricitare Pythion cœperat, haud erat præteriturus. Vnde lōgo tempore morbum liquet clam fuiſſe collectum. Cū itaq; tremores cauſſam habeant, vt ita dicam, continentem, virium imbecillitatem: illæ autem afficiantur aut per ſe, aut per humorum exundantiam grauantem: non exiſtit tremor, qui virium cōſequitur offenſam, in principio morbi citra validam ægritudinē, aut famē, aut laſſitudines, aut vigilias, aut ſolicitudines, ad hęc immoderatam venerē. Quorum ſi quid ſit factum, omnino id Hippocrates, vt ſolet ꝓderet. Quia igitur tale nihil ſcripſit, vires exiſtimes ſane opprimi plenitudine. Quando iā intremiſcerent manus, quarum oriuntur nerui ex medulla ceruicis: tum vero

quod delirabat homo, cerebrum etiam ipsum aliquem excipere infectum humorem indicio esset, oportebat Hippocratem, cum hominem animaduerteret in præcipiti esse, ad sanguinis se missionem conuertere aut primo die, si nullum contineret venter crudum cibum, aut certe altero: hocque magis, quod primo die exposito, ipse scripserit.

Altero die cuncta grauiora euaserunt.

Videtur enim increscere morbus, non quasi paruus, aut a quolibet profectus statu corporis: sed cum ipse ingens, tum causam habens non leuem. Quia vero non in Pythione tantum, sed in aliis ægris multis, qui sanguinis missionem quantum nos ex ipsius scriptis coniicimus, videbantur quærere, non inuenitur asscribere eam: alterutrum necesse est cogitemus, aut non detractum illis hominibus sanguinem, aut hoc eum auxilii in narratione omisisse. Atqui nemini horum, qui id requirebant, cui probatur missum fuisse? cum illi viro tanti

illud remedium esset: vt in germanissi-
mis suis libris significauit, in Aphoris-
mis, & in libro de Victu in morbis acu-
tis, in libro de Articulis, ipsoq; adeo in
hoc tertio de Vulgaribus morbis libro
vbi de quodam ægro in hunc moduʒ
scripsit: Octauo die cubitũ secui: mul
tum: vt debebat, fluebat. Nã cũ octa-
uo die sanguinem illi detraxerit, mul-
to sane prioribus diebus magis hoc vsũ
præsidio censeas. Quod autem singu
lis nõ asscripserit, quibus hoc adhibuit
remedium, ægris, cũ meminerit eo mi-
norum, ipsiusq; adeo balani, nouũ est.
Ergo si quando vtrinq; est oratio ab-
surda, minus absurdum eligendum ẽ:
censeo equidem auxilium in multis es-
se prætermissum: sed prætermissum in
narratione, vt clarum. Quo me addu-
cit potissimum, quod in ijs dixi, quibus
octauo die missus est sanguis. Etenim
hoc vt rarum scripsit: & sanguinis an-
te diem octauum missionem vt cõsue-
tam præteriit. Quod si i veris suis ope
ribus, magnis infestãtibus morbis, sem

per sanguinis missione vtitur, simul cũ ea duo hæc respiciens, ætatem pariter & ægri vires: & his ipsis in libris de vulgaribus morbis octauo die cuidam ait missum esse sanguinem, quid interpreteris aliud, ac præteritum in ægris esse remedium: at præteritum vt clarum in narratione. Quare de sanguinis missione, quia oratio ad ægros spectat iuxta omneis, semel dixisse sufficiat, vt & cætera, quæ sunt communia. Verum hęc, quæ ad vnumquẽq; pertinent separatim, exponemus, initium a Pythione, vt instituimus facturi. 4

Tertio eadem erant. Quarto aluus pauca, mera, biliosa fuit deiecta. Quinto omnia grauiora euaserunt, tremores manebant, somni erant tenues, aluus constitit. Sexto sputa varia, subruba. Septimo os est distortum. Octauo omnia ingrauescebant, tremores etiãnum permanebant. Vrina à primo ad octauũ vsq; diem tenuis, decolor, in qua nubes pen

debant nubilosę. Decimo sudauit, sputa concoctiora, iudicatus est. Vrina circa iudicium subtenuis. Quadragesimo ab iudicio die suppuratio facta est ad sedē, & abscessus ad stranguriam. $\pi.\pi.$ ου. μ. υ

Cætera huius orationis, narrationē continent symptωmatum, & dictiōe, & sententia apertam. Frequētia nāq; acute sunt ægrotantibus, quorum & in libro Præsagiorum perspeximus facultates, & in libro horum ipsorum vulgarium morborum primo. Præterea non pauca in secundo sunt dicta, quę conferunt ad explicandos ægros. Cæterum cum sextum diem exponeret, quia sputa dixit varia subruba, neq; asscripsit vel pleuriticum Pythionem, vel peripneumonicū fuisse, inquirendum reliquit nobis, an etiā possint alia ratione incidere acute ęgrotantibus ea sputa, an peripneumonicis solis & pleuriticis. Et arbitratur, vt videtur, etiam alia ratione fieri ea, cū in pulmone vitiosi succi confluant, cæterum

r.s. symp.

sputa subrubra an alr. in pleuriticis & pipneumonia possint contingere

quęsitū de sputo subrubro D. Ant.o collalto. 1568. febr.

hi prorsus pauci, vt viscus non inflāmē tur. Nam non fuisse nec pleuriticū, nec peripneumonicum hinc liquet, ꝙ Hippocrates non meminerit, nec nominatim hoꝝ vitioꝝ, nec a perpetuo eorum vllo symptωmate. Meminisset eniꝫ doloris lateris, vel dyspnœæ. Neq; etiā capite offenso animaduersa eiuscemodi sputa sunt. At cuꝫ tussi, dyspnœa, & lateris dolore est cuꝫ cernantur talia sputa. Ac duos vidi citra febrem, qui talia sputa colore pallida extussirent. Sed alteꝝ paulatim febriculæ paruæ exceperunt: quo factum est, vt in longum tēpus ductus affectus permanentibus febribus tabidum hominēꝫ redderet. Alterum absq; febre, cum talia expueret continuis diebus paucis, nihil est mali consecutum. Quam ob rem est probabile in primis thoracis regionibus, vbi est continens ad vltimas ceruicis vertebras, affluentiam aliquam humoꝝ cō stitisse non multā, quæ dyspnœæ non esset excitandæ: ꝙ non referat magnopere ad officium respiratiōis prima co-

Historia

sta: Sed cum istud esset vitium in nervorum radicibus, qui ad manus pertinent, nerviq; degravarentur, tremulas effecisse manus. Nam ex prima costa, & vertebris ei incũbentibus nervi enascuntur, qui musculos manuũ agitant. Hęc inde confirmant, ꝙ tremores vna cum sputis, quæ successerunt, permanerent: & etiaʒ ꝙ vbi aliquod in ijs signũ apparuit concoctionis, non ampliꝰ fierent tremores, morbusq; tolleretur, cuʒ iudicium cõsequeretur per sudores. Et quanq̃; cruda esset vrina, sputoꝝ tamẽ concoctio iudicavit, & iudicium adduxit: vt neutrum signum, quod solet denotare, falleret. Siquidem æger quãdo gemino teneretur incommodo, vno febrili in succis, quos continent venæ: altero quod modo diximus, in thorace: prius in totum non est depulsum sudõribus. nam crudum etiãnuʒ erat: sed recessit alteꝝ, ꝙ nihil esset prorsus in Thorace residui. Itaq; hunc ille in modum scribit: Decimo sudavit, sputa ꝯcoctiora, iudicatus est. Vrina circa iudiciũ sub

tenuis, indicans quæ in Præſagiorum libro de tenuibus vrinis, quæ duplices ſunt, tradidit. Primæ ſunt hæ: Quoad vrina rufa tenuiſq; ſit, crudũ morbũ ſignificat. Alteræ hæ: *Si vrinas tenues* & æquabiles diu reddat, & reliq̃ ſalubria ſint ſigna, his abſceſſus in locis portenditur ſepto tranſuerſo ſubiectis. Quare ad finem eorum, quæ acciderunt Pythioni, ad verbum ſic ſcripſit: Quadrageſimo a iudicio die ſuppuratio facta ē ad ſedem, & abſceſſus ad ſtranguriam. At quia & tremoris manuum & delirij primo iam die meminit, & in ſequentibus ſcripſit. Oĩa grauiora euaſerunt. Ac in ſeptimo die addidit: Os eſt diſtortum, diſcutiẽdũ venit, vtrum increſcẽte cerebri malo, an deorſuʒ diuertẽte os ſit detractũ. Atqui vr̃ ex his, quæ ſubdidit, migraſſe in regiones inferiores, non cõſenſiſſe cum cerebro illas: fortaſſe q̃ homini miſſus ſanguis, itaq; mirificam cõſecutus opem ſit. Nec vero primis iã diebus quicq̃ apparuit ſputorum, vitio obſidente latus: non quo id eſſet malũ. *Sci*

lib. 2° tex. 30

Os enim di ſtortum.

mus enim grauissimas peripneumoni as esse & lateris dolores, in quibus nihil expuitur, vti ē ipse docuit Hippocrates. Cæterꝫ hic non ob grauitatē cēsen dum est nihil primis esse diebus sputi reddituꝫ: verꝫ quia ad primā modo co stam constabat affectus. Qđ si vel hic tm̄ esset molestū, ne sic quidem quicq̄ꝫ expueretur. Itaqꝫ potuit auxilio missi sanguinis succis reuulsis, q hoc loco af fluebant initiū habuisse ꝯcoctionis af fect⁹ sexto die vbi meminit primo spu torꝫ. At quod de die decimo cōmemo randū produxi.i. Neqꝫ in his vulgariū morborꝫ libris est plane quisquā iudi catus die decimo, neqꝫ ipse asseruit vsqꝫ esse decretorium diem decimū: sicut di xit nō raro vndecimū. Habes capita in cōmentarijs de diebus decretorijs colle cta eius oīa. Vbi ē quadragesim⁹ ostē ditur, nō quadragesimus alter morbos iudicare, vt quorundā fuit opinio, q cir cuitus dierꝫ decretoriorum fieri integris septimanis ducebāt. Qđ si ideo demū arbitreẽ qs nō esse morbuꝫ iudicatū in

dies x no c decreto rius

totum: quod die decimo ſudarat, non vndecimo Pythion, non recte exiſtimet. Nam iudiciũ non integrum eo, quod haud dum ſit concoctus morbus, neceſſario fiat. Multos enim cum ipſe conſcripſit Hippocrates, tũ nos conſpeximus diebus decretorijs non ex toto iudicatos per vnam vrinæ cruditatẽ. Hæc ſi ambo coniũcta ſint, imbecillis decimo die, & vrinæ cruditas: non oportebat fortaſſis de hoĩe decerni, aut nõ ſalubriter ſane & decretorie. Potuit igitur cum vndecimo eſſet ſcriptum, non decimo: ſtatim ab initio in eo eſſe offenſum, quod in alijs multis cernas, quæ ab ijs, qui primi deſcripſerunt, neglecta, in perpetuũ manent. Sed de die decimo hactenus. Iam animaduertere intereſt non defunctoriè, quas nubiloſas eſſe nubes ſit cenſendum. Nã in Præſagijs eſt ſcriptum: Nubes in vrina ſuſpenſæ ſi albæ ſint, ſunt bonæ: ſin atræ, malę. Neq; igitur vrina nubiloſa in Pręſagijs, neq; nubes dictę ſunt, cum eo libro vniuerſam ſit in acutis morbis præſenſionem ex vrinis per

lib. 2. 29.

ſecutus. Ac ne interpretum quidē quiſquam, q̄; eſſe nubiloſam vrinam Hippocrates velit, enarrauit. Equidē, quæ mihi probantur hoc inquirenti, referre nō dubitabo. Nubis nomē ſolent Medici ab aere ad vrinam transferre, ſiue Hippocrates hoc nomen princeps pro certa eoꝝ, quæ pendent in vrina, ſpecie vel vrinaꝝ: ſiue ijs alius attribuerit. Vt ergo in aere interim tempeſtas fit, vbi nubibus condenſatus ſit atris, caliginoſa: interim purus apparet & ſerenus, videturq; nubes per eum quædã diſiectæ: ac tū aer nubiloſus dicitur. quo q̄dem tpe nubium cernimus colorē non ſemel atrum, nec lucidum, ſed inter hos medium. Haud aliter vrinā mihi & nubes appellare Hippocrates nubiloſas videtur, quæ nec colore ſunt albo; nec etiam plane nigro, cæteꝝ medio. Quare Pythionem tales eſt ſuſpicādum habuiſſe nubes. Nam albæ ſi eſſent, iudicium non efficerent non cōpletum: ſi iam atræ, non probum. Quæ qñ inter albas & atras intercedebant, bonũ eſt

Nubes.

Vrinæ nubiloſæ quæ

factum iudicium, ſed non abſolutum. Quod erat reliquũ, quadrageſimo die in duplicem erupit abſceſſum, quẽ ẽt non exiſtimant bonum, ac potius non probe interpretantur, cũ ꝑ conſenſum putẽt abſceſſus in ſedem Pythioni ſtrã guriam accidiſſe. cum ipſe ſcribat Hippocrates ſimpliciter, interim factam eſſe ſtranguriã, interim non ſimpliciter: ſed adiungat illi abſceſſus nomẽ. vt primo de vulgaribus morbis libro, in ſecũda tempeſtate. Vbi ita ſcribit, Solũ vero bonum, maximũq; inter ſigna quæ fiebãt, quodq; multos a maximis periculis vindicauit, hoc fuit qbus ad ſtranguriã diuerterent, & in hanc abſceſſus fierẽt. Nã appellat ẽt abſceſſus, q excretione ſunt facti noxioꝝ humoꝝ, nedũ qui decubitu: & merito. Quo in dyſenteriam alio loco, ſic hoc loco in ſtranguriam factos ait abſceſſus. Naʒ mali humores, quos hñt venæ, vtraq; expurgant excretione. Ergo id in ipſa ſcđa tẽpeſtate, aliquanto ante locuʒ, quẽ modo protuli, hoc pacto ſcripſit: Cũ ſtrã-

lege tex^u 41°. fol. 59.
Abſceſſus f. 57. f. 95.

guria coniunctæ, non nephriticæ qui-
dem ſed his alia pro alijs .i. pro venarũ
vitioſo humore, ac febribus huic ſucce
dentibus inciderunt purgationes, p ve
ſiccam excretis vitioſis humoribus: vt
nonnunq; per inteſtina. Roſio itaq; ab
excrementis, quæ acria erant, profecta
ſtranguriam inducebat. Veſica enim,
vt eſt oſtenſum, ad reddendam vrinaȝ
in ſtranguria prius properat, quam iu-
ſto ſit eius modo impleta, duabus de
cauſſis, vel quod eius non ferat quali-
tatem iam mordacis, vel quod per de-
bilitatem prius quam ſit vrina coacer-
uata, vt pauca plane ſit, grauetur. Eiu-
ſcemodi igitur Pythionem dicit abſceſ
ſum habuiſſe, nec ſcripſit ſimpliciter
ſic laborauiſſe ſtranguria: ſed adiun-
xit, abſceſſum habuiſſe. At alterutrum
committunt, vt ea, aut prætereant, aut
male multi interpretes enarrent: & im-
morentur, vbi res non poſtulat. de
quibus ſemel hic ſtatui dicere. Ego
eſſe ducebam antiquius, quæ longo
tempore indagaui, & certo iudicio

Dup^x Strangurię cã. idem. vj. d loc. aff: c. 2.

inueni, hæc literis sola prodere citra vllam malorum interpretũ reprehensionem. Sed quia quidam ab omni vera humanitate semel remoti literarũ, vbi incidant in quorundam scriptorũ nouas cõmentationes, hac ipsa sola capti nouitate eas celebrant: ideo sum adductus, vt semel aliqñ istorũ interpretum mentionem facerem, cum etiã ipse dixerit Hippocrates: Extraneũ, quia non assequuntur, celebrant præ consueto, qđ iam bonũ sciant esse, & absurdum præ apto. Quare quo lectores nostrorum cõmentariorũ præmoniti, qui mores sint malorũ interpretũ, eos queant agnoscere, prolixius mihi hic certũ est de iis agere. Nec vero queratur qſquã de sermonis prolixitate, habiturus eũ ad malas cognoscendas interpretationes pro adminiculo. Atq; est vnũ istarum genus, quod in proposito ægro q̃dam fecerunt. quorũ vnius asscribã ipsa verba, ne quis me de illos existimet mentiri. Atq Telluris ędes nõne ad demonstrandã caussam, vnde manuũ illi

tremor & morbus incidit, adducitur? vt illi cui propter mensium suppressionem, vt est verisimile, ꝙ otiata ea esset pars. Rursus in sexto scribit, viro absente feriatam illo mẽbro mulierem sublatis ad os mensibus barbam aluisse, q̃d quid est aliud q̃ꝫ fœminã in virum mutatam? Hic Pythion dum coitu abstinet, ꝙ ad solum fanum curam conferret, in morbũ incidit. Hæc vnius est ex interpretibus oratio, qui seipse hac re conuincit, ꝙ cum crebro Hippocrates quidem nominatim domicilia cõmemoret, hic non illorum omnium enarrationem, sed plane paucissimorũ conscribat. Nam si non temere domicilia sint ægrorum prodita, sed indicent etiã aliquid, q̃d ad artem faciat: qui in paucis ægris eoruꝫ vim exposuit, præterijt autem in alijs ijsq; permultis, parũ suo functus est officio. vt verbi gratia de primo, quem in vulgarium morboruꝫ libro primo descripsit. Nam Philiscus, inquit, qui prope mœnia habitabat. Deinde, Epicratis vxor, quæ ægrota-

bat apud Archegetem. Tum Erasinus qui ad Bootę torrentē habitabat. Mox Clazomenium, qui iuxta Phrinichidai puteum decumbebat. Postea de muliere quadam. Dromedai, inquit, vxorem, quæ filiaz erat enixa. Inde de alia muliere, quę in littore decumbebat. In hoc item tertio de vulgaribus morbis libro multos inuenias alios scriptos ægros ædibus adiectis, vbi cōmorarentur, quas omnino nō enarrant. At Chęrio, inquit, qui apud Demonetum decumbebat. Deinde. Eurianactis filiam virginē ignis corripuit. Sub hāc. Quędam, quæ angina erat correpta apud Tabionē. Postea. Adolescentulus, qui in foro mēdacium decūbebat. Et quid multa opus est recensere, cum tali scriptura liber pene sit totus refertus. Sed ad institutum reuertamur. Quoniam complures ita sunt descripti ægri, vbiq; oportebat, aut nusquam domicilia exponere. Verum hactenus quidam interpretes librorum contemnunt auditores, vt ego Alexandriæ quōdam hu

iuſcemodi audiuerim de quodaꝫ ægro interpretationẽ in libro primo de vulgaribus morbis deſcripto, illo capite, cuius eſt initium, Silenus, qui in Platamonis ædibus habitabat. Nam exponendis Hippocrates ijs, quæ illi acciderant, ita ſcribit: Noctem inſomnem duxit, multa verba. His igiť acclamabat, qui enarrabat librum. Scilicet σεληνιακὸς erat, id eſt, lunaticus. Hic præ admiratione diſcipuli in clamorem eruperũt. Nonnulli interpretes tam ſunt arguta ſedulitate, vt quærant, vtrum in Platamonis habitaret ędibus Silenus: Quidam per m Platamonis, quidam per n Platanonis. Similiter quærũt iſti interpretes, vbi dicit Hippocrates: Decũbebat in Theatro, θεήτρον ne ſatius ſit ſcribendum, an θεατρον. At eos, qui in ijs tempus terunt, reprobant: hos vero, qui per ea quæ in prędictionibus & Coicis præſagitionibus produntur, hiſtoriam ægrorum in his libris exponunt, multi ſuſpiciunt. Sed qꝫ ſint vitioſa, quæ in libro prædictionũ ſunt tradita, certis de-

clarauimus cõmentarijs, quos in illum librum ſcripſimus. Nam eius libri videtur author ex vno ſæpe aut duobus priuatis exemplis ſibi conſpectis vniuerſalia facere decreta. Demonſtrauimus item multas eum complexiones facere, ex diſſimilibus ſignis coactas. Et vero etiam declarauimus eam doctrinam tam numeroſa habere quæ concurrant, vt recenſeri nequeant. Ad hæc illud eſt declaratum in enarrandis ijs, quæ ſcripſit author libri prædictionũ, non, poſſe doctrinã vllam eſſe meliorẽ, q̃ Hippocratis in Præſagijs, cuiuſq; virtutem ſigni ſigillatim tradẽtis. Neq; enim aliter multis poſſe cõmiſſis quicquam præſciri. Proinde qui vtrunq; legerunt librum, Prædictionum & præſagiorũ, ſatis ſcio omnia ijs aperta eſſe, quę diximus. Iam ſi quis prius noſtros cõmentarios in eos libros æditos legerit, poterit ille citra illa, quæ ſunt nunc a me cõmemorata, importunitatẽ animaduertere eiuſcemodi interpretationis. At qui illos non legerint, ante volo

Laus doctrinæ psagio[rum] Hipp[ocra]tis

illos vt hi consulant, deinde huc se recipiant audituri, & de his, quæ dixi existimaturi. Siquidem cum nuper quiddã in manibus sumerem de cõmentarijs, quos Lycus Macedo in hunc librum conscripserat, in expositione Pythionis tria offendi capita ex prædictionum libro citata, qui in primo ad verbum sic dicebat: Tremula, obscura, palpantia deliria, magnam denũtiant phrenitim, quod Didymarcho accidit in Co. In secundo sic: Tremores, si sudoribus superueniant, repetere consueuerunt. Ac tertium his erat verbis scriptũ: Vrinæ a turbulentis vigilijs decolores cũ nigris nubibus, deliriũ portendũt. Hęc ex prędictionibus capita a Lyco sunt adscripta, quasi ita Quintus in expositione huius Pythionis dixisset. Mihi vero, qñ cõpulsus sum errores reprehendere (licet prioribus id cõmẽtariis vitauerim) operæpretium videtur istorũ interpretum improbitatem detegere. Primum his, quæ dicta de Pythione sunt, non congruit illud ex prædictionibus ca-

Lyci cõ-
mẽtaria
in Epid:

put Neq; enim cum silentio, neq; magnopere phreneticus fuit. Nam cum librum prædictionuz enarraremus, quę sint deliria cum silentio ostendimus: & quare magnopere ea phrenetica appellauit: quorum fuit in Pythione neutrũ. Siquidem nec cum silentio delirabat, & modice insaniebat. Secundũ caput, in quo dicit: Tremores, si sudoribus superueniant, repetere cõsueuerunt: contrarium demõstrat casus Pythionis. Nã non succedebant, sed a primo vna inuadebant, posteaq; die decimo sudauit. Itaq; non videntur tremores sudoribus, sed tremoribus sudores successisse. Reliquum & tertium caput, vbi ait, vrinę a turbulentis somnis decolores cũ nigris nubibus delirium portendũt. recte atq; ordine esset citatum a Lyco, si Pythion vigilasset primum vna cum turbatione, & vrinam reddidisset nigris præditaz nubibus, itaq; desipuisset postea: verum quia neque exierunt talia, nam nubilosæ nubes permultum a nigris distant. neque a vigilijs turbulen-

Deliria cũ silentio.

Nubilosæ vrinæ:

tis phreneticus euasit, ſed a primo ſtatim die delirauit, non eſt recte adductum. Nam quid cauſſæ erat, quin diceret nubeculas atras. Deinde vigilias primo aut ſecundo die. Poſt has rurſus primo die. mox delirium. Immo vero Lycus ipſe cum vocabulum nubiloſæ interpretaretur, nõ fuit auſus dicere ab eo atras denotari. Quare ſupfluo hæc adiecit (ſiquidem dicendum eſt ſuperfluo non modo ad propoſitum inutilia, ſed etiam omnino falſa) & præcipua quæq; Hippocratis ſermonis neglexit aduertere: quæ tremorum affectio eſt, qui in tremulis manibus locus affectus. Vnde varia ſputa, & multa his ſuccedentia: de quibus ego diſputaui. Omnino enim hæc repudiauit, & qđ prorſus non erat inquirendum, pro quæſtione ſibi obijcit ad verbum ſic: Septimo die os eſt diſtortum. Videtur quod hic narrat, cum dicto pugnare, quod in Aphoriſmis ſic habet, in febre non intermittẽte, ſi labrum vel oculus, vel naſus, vel ſuperciliũ peruertatur, vel

nõ videat, vel non audiat debili iam corpore, quicquid horũ euenerit, mors in propinquo est. Hæc lupi est oratio sibi in eo scrupulũ mouentis, qđ omni vacabat ambiguitate. Nam in Aphorismis dixit, corpore iam debili. Atqui Pythioni non debili distortum os est. Iam etiam extricando ipse hoc qđ potuisset Lycus nihil ad solutionem attulit aliud, ac idipsum, qđ nunc diximus. Itaq; quod erat apertum, tanq̃; dubiuz proposuit. Aliorum quæ ad artem referunt, nihil quęsiuit, nec quo in statu Pythioni esset, nec quę sint antedicta symptωmata consecuta, aut qui locus, aut qui affecti. Ac ne de sanguinis missione quidem prętermissa admonuit. Humorum & temperamentorũ non nunc tantum, verũ nec loco alio vllo in enarrandis ægris, aut coeli statibus mentionem fecit, quæ in primis Hippocratis librum enarranti erant cõsideranda. Vt si Asclepiadem interpretaretur, pori & tumores incompactaq; elementa & latio ad tenuitatem erant illi declarãdę

Soto.

ꝙ ad hęc ille principia omnia reducat. Calidum vero, frigidum, humidum & siccū Hippocrates caussas statuit, quēadmodum aerem, in animantium corporibus. Itidem quatuor humores inter sese temperamento distantes sanitatis authores æque ac morborū esse. Sanitatis, vbi ex æquo sint inter se moderati: Morborum, vbi eorū maior sit aut minor copia, aut de propria sede cōmigrarint in alienam. Itaq; ad hæc principia etiam, qui ante Lycum & Quintū aliquem Hippocratis librum enarrauerunt, Empirici vniuersa referre student. velut in fabula agunt quidam solamque quam habent impositam, personam. Nā vt Erasistrati interpres recte de humoribus & temperamentis sileas: Ita si quicquā dicere in scripta Hippocratis instituas, merito ad ipsius voceȝ interpretationem dirigas. Fortasse ergo vt adulterino æmulo Hippocratis veniā dare Lyco, vbi offendere videat, ęquū sit. ni hoc exprobres, ꝙ cum interpretationes scribere non valeat, agat fabulā,

Quatuor humores quo sanitatis, & morbi sit causa,

Quippe quod est assimile huic, si accẽdas ad comœdiam, cum actor esse nequeas. At vero si ad hos te conuertas, qui Hippocraticos sese nũcupant, vbi iuxta ac alieni & adulterini sectatores, errant, imerito illis ignoscas. Iam cum istorũ absint errores non solũ ab Hippocratis sententia, sed ab ipsa rerum veritate, duobus eos nominibus insecteris. Siquidem prius est nihil, atq; si ambobus interpres his scopis cõstet, vt simul & cõsentanea cum scriptore & vera dicat. qui alterum tantum obseruat, hoc est reprehendendus, q dimidiũ labefactauerit totius. Interpres vero, qui neq; vera dicat, neq; consentanea cum authore libri, maxime cẽsendus est peccare. Sabinus quidẽ eiusq; auditor Metrodorus germanissimi⁹ illi quidez inter priscos Hippocraticos habiti, est tamẽ, male vbi videantur Hippocratẽ enarrare. Verbi gratia, in proposito ęgro ita ad verbum dicunt: Nam vt conuulsio a vacuatione & repletione ꝓficiscitur, haud aliter tremor, qui parua est cõuul

fio à contrarijs efficitur. Ac causa quidem, quam ob rem hæc vitia fiant, rationalium virorum est, non empiricorum attendere. Attamẽ ea cognoscere, & discernere alterum ab altero, interest Empiricorum posse. Hac sane in re primum videtur Sabinus falsus, q᷑ paruã dixerit conuulsionẽ tremorẽ esse. Nam toto genere interest affectus voces, an symptωmata functionũ noxas. Neq; enim affectiones certe sunt in solidis animalis partibus, vt tumor, & flãmatio, & duritia. Sed sicut actiones, dum fiunt, consequuntur, vt existant, non, quia constanter insunt: Ita & affectus quoq; earũ. Nam cũ omnis in actione positus motus sit: sit porro quidam in animalibus motus volũtarius vt alter spontaneus & naturalis: offensæ volũtarii in motibus fiunt musculorũ, a quibus etiam cum secũdum naturã fiunt, scimus obiri. Sed q̃d in eis est secundũ naturã, vnum est & simplex. Quod est præter naturã, in primis sit duabus differentiis, aut præter voluntatem, aut de

voluntate: non tamen ſecundum naturá. Sed hoc loco dedita opera dicas, an per voluntaté, nihil intereſt. At vero motuum, qui citra volútatem fiunt in voluntarijs inſtrumentis, quę ad motum ſunt cōparata, hæc conuulſio, illa vocatur palpitatio, alius rigor, inter ſeſe diuiſi. Sed plene de his integro volumine diſſeruimus. Iam motus volútarius, qui non ſecundum naturá obitur, vna eſt forma, qui tremor appellatur.

Tremor

De quo neceſſarium eſt, quoniaȝ alios huius gratia attigimus, hic verba facere. Fit ergo tremor non tantum in muſculis affectis & neruis, ſed etiam valentibus, vbi quis vltra vires onus moliatur, aut manibus baiulare, aut imponere humeris. Itaq; nónulli conſpiciútur robuſtiſſimi adoleſcentes, dú onus portát, prægraue, cruribus tremere, maxime, vbi aſcendere ſcalas tentent. At illis quod in maximis molibus, hoc ſenibus & alia ratione infirmis vſu venit in minoribus. Nam ſunt hæc etiá grauia imbecillibus. Sunt iam etiam certe

affectus animi, qui tremorẽ inducunt. Nam in libro de humoribus dictuz est per abruptum transeunti, metu scilicet vires deijciente, crura tremere. necnon si quis alius in se inuadentem cõspicatus bestiam sit aut latrones, aut hostes, metuat. Recte igitur in cõmentario de tremore, conuulsione & rigore ex infirmitate viriũ semper tremorẽ fieri ostendimus. Quæ quando sua sponte interim sint infirmæ, interim propter affectum animi, aut etiam haudquaquam per se affectæ, ab onere graui hoc patiuntur, treis eius caussarũ esse diximus differentias, instrumentorum intemperiem voluntati attributorum, affectum animi, grauitatem oneris. Quare si, qui nec metuat, neq; molem sustineat, tremat: alterutrum certe aut organorũ est intemperies, aut in ipso corpore põdus circa musculos aut neruos. Verum sermoni nonnulla subest fallacia, de qua in cõmentario de tremore, conuulsione, palpitatione & rigore verba feci. Nam quibusdam videas manus & ca-

Tremor ex metu.

Tremor fit ex virib. infirmis.

Infirmor. virium cã tripl. differ.

Obiectio.

Tremor unde

put tremere præter eorum membroruȝ mouendi ſtudium, ac ideo eſſe falſo videtur dictum: ſi inſtituerit quis aliquid agere, euenire. Cæterum ſi intelligas, reclinata in ceruicali ceruice, ſiſti capitis tremorē: manibuſq; depoſitis ſic ne has quidem tremere: credes eſſe recte dictum, quibus ociatur quodcunq; membrum, hoc eſſe a tremore immune. Sin attollant, aut ſublatum illud ſeruent, tum ſymptωma illud incidere. Adeo illis eſt, qui ſic agunt, muſculorū requies ex vſu. quo fit vt oppoſitos inter ſe muſculos ſimul moueāt. Vt in manu, qui attollunt, & qui hoc membrum detrahunt: extendūt eam & flectunt, & validioruȝ virium eſt opus his, qui manū in angulum ductam ſublimē ſeruant, q̄ qui extendūt aut flectunt. Nam qui extendant, vno genere muſculorū operantur, quod cōparatum eſt ad id operis, feriantibus interim his, qui flectunt eam. Atq; cum flectant, agunt his qui ad flectendum ſunt accōmodati, & in otio ſunt, qui extendere poſſunt. Q ō

Soto.

Membrū ociosū nō tremit:

ſi eleues in angulum ductam, & ſublimem retineas manum, nec flectas, nec extendas: vtriſque muſculis æqualiter operaris, vt in Tetanis quos vocāt. Eſt igitur non minus opus robur, muſculis in eadem figura vel crus vel colluʒ, vel manum ſeruantibus citra fulturam ſolidi cuiuſpiā corporis, vehentis ſuſtentantiſq; membrum. At cum longe partium ponderi, quæ vehuntur, vires motrices præſtant, citra negotiū attollunt, citra negotium ſublimes ſeruāt. At vero ſi multo ſint inferiores, ſicut in reſolutis, haudquaquam poſſunt eleuare. Quæ ſi pares ſint, viciſſim ſuccumbunt, vincentes ſeruant immotam manum ſublimem: ſuperatæ delabi ſinūt. Hoc mihi cogita continenter in hunc modum fieri, vt ſimul ac ſuperiores ſint, membrum ſuſtollant, mox victæ a mole horum quæ eleuantur, permittant peſſum ire, ſimulq; vires illorum rurſus victrices corripientes ipſa iterum erigere ſtudeant: Deinde cum minimo momento fiat hæc viciſſitudo,

Tremor quo fiat,

vt quod est infra, confestim attollatur, & quod membrum alleuat, extemplo detrahatur: non prorsus inconcussum seruetur & stabile membrum: tum nec motus habeat in vtráq; partẽ insignes, vt qui breuibus interuallis & temporũ & locorum seruentur. Atq; talis est motus tremor, vt quæ longius sum in libro supra cõmemorato persecutus, paucis complectar. At quæ fit in morboso rigore partium concussio, absq; voluntate obitur, & contrariorũ motuum magnis interuallis sese mutuo excipientiũ vna cum frigoris sensu. Huius alius affectus est quodã modo germanus, musculorum & neruorum, quæ cõuulsio appellatur, ac in eis per totũ similis illi atq; iisdem organis fit motus, qui cum de voluntate moueantur, fit. cæterum in eo tamen differt, q̃ præter voluntatem, vbi conuelluntur, mouentur. De palpitatione necesse hoc loco non habeo differere, ne cogar simul de pulsu dicere, qui aliquid habere cum palpitatione cõmune videtur. Satis enim iam

DE CONVVLSIONE SEV RIGORE POTIVS:

vel de

vel de tremore productus mihi ē inui-
to sermo in cōmētario. Qui autem ad
vnguem volet omnia prædictorū sym
ptωmatum perspicere cognitionem, &
originem, legat licet libruz, vbi illa exa
cte omnia tradidi: quando & de guttu singultu,
re, tussi, sternutamento, & nonnullis id
genus alijs motibus egi in caussis sym-
ptωmatum, vbi dignotiones & differē-
tias motuum, tum vero etiam caussas
a quibus procedant, percurri. At Sabi-
nus in omnibus illis nunc plus nūc mi
nus præterijt. Itaq; contra Quintus &
Lycus vt isto saniores, probandi sunt:
ꝙ ne aggressi quidez de his sint dicere
sed quasi empiricas interpretationes fe-
cerint. Tametsi Empirici quidaz, vt di-
xi, in fabula impositam personā agāt,
Hippocratis librum enarrantes vt Hip
pocratici, Erasistrati aliquem & Hero-
phili, & Asclepiadæ, atq; alioꝝ istoruz
perinde ac si de cuiusq; sint eoꝝ secta.
Igitur quod semper dico, vbi hic quoq;
commonuero, alio transibo. Singuloꝝ
quæ scire medicus debet, priuatim est

disciplina tradenda, ac tum ad enarrādos accedendū libros Hippocratis, & ↄclusiones demōstrandæ singulis locis memoriæ gratia, at ipsæ tamen demōstrationes non cōmemorandæ. Quod quidem nos præstitimus. Ex ijs vero q in opera Hippocratica scripserunt cōmentaria nemo quisquā, cæterum lapsi sunt in his omnes. Etenim alia est, quæ ipsas res tradit institutio, absoluta constans fusaq; explicatione. Alia, quę in enarratione cōsistit librorum, cuius non est vtriusq; idem institutum. Nāq; per fusam explicationem quæ fit, spectat veritatis inuentionem. In interpretationibus Senis est propositū sententiam cognoscere. Qui ergo ante singula exacte docuerit, hunc deniq; accedere ad veterum scripta oportet interpretanda: vt tamen primū senis sensum valeat inuenire: Secundo loco, recte, aut secus sit asserta, simulq; admoneat demonstratorum in operibus de vno quoq; medico præcepto. Qui vero interpretes suis dictis nequeunt de-

monſtrationem inferre, auditores lo-
quacitate obtundunt: itaq; a ſcripto-
ris ſententia retrahunt, volētes ſua ver
ba ex illis fidem habere. Quamobrem
de capite ad caput tranſeunt. quæ ne
ipſa quidem quicquam ad rem pro-
poſitam referunt. Porro fieri non poſſe
vt in commentarijs demonſtrationes
diſputationum, quibus produntur di-
ſciplinæ, ſcribantur, ex iam dictis pla-
num eſt. Nam quando Hippocrates
non in Pythione modo, verum in mul
tis etiam ægris prædictorum ſymptω-
matum meminit, ſi quidem nuſquam
demonſtrationibus comprobes placi-
ta, nullam animus diſcipulorum firmā
eruditionem infundes. Quod ſi tra-
das in quibuſdam ægris demonſtratio
nes, in quibuſdam prætereas, atq; in
primo morborum Vulgarium verbi
gratia eas omnes perſequare, in alijs
ad illas reijcias, facies tu quidem, quod
diximus, vno in libro abſolutiſſimam
tradendo cum demonſtrationibus do
ctrinam, in cæteris eius concluſiones

adducendo. Sed id ipsum tamen̄ vtro
q; est modo absurdum. Naʒ in primū
vulgarium morborum librum, si hunc
enarres, primum quinquaginta cōmē-
taria sit necesse scribere & singula aut
bina in singulos alios. Itaq; cogeris, si
aut præsagia aut Aphorismos legere
velis, ante qnquaginta illos libros euo
luere interpretantes primum librū mor
borum vulgarium. Haud secus si ab
alio quopiam cœperis cōmentaria scri
bere, in illum quinquaginta scribes.
Qui autem alium legere volet, ante
omnia necesse habebit quinquaginta
illos libros legisse. Atqui multo præsta
bat singulas quæstiones, vel præcepta,
vel quolibet nomine appelles, esse sin
gulis descripta libris, atq; hos tantum,
vbi firma imbui scientia de his, quæ
prodita sunt in ijs, voles, cōsulere. ideo
q; nos cum de tremore, conuulsione &
palpitatione & rigore, tum de alijs om
nibus lucubrationes ædidimus separa
tim, & demonstratorū in interpretando
vsurpamus conclusiones. At Sabinus

cum neq; demonstrauerit vsquam, qd inter hos quatuor intersit affectus, tremorem, palpitationem, conuulsionē, & rigorem: neq; vllam, si non plane veram rationem, & demonstratiuam, at verisimilem adduxerit, primú, esse tremorem asserit paruā cōuulsionē. Paulo post specē esse tremorem conuulsionis dixit. Verũ quo me ocyus his rep̄hensionibus, quas inuitus institui questus in improbos interpretes, explicem esto tremor conuulsio, aut conuulsionis species. Pythioni iam ab eo discamus, qui inciderit. Stomachum, inquit, homo affectum habebat, atq; manus, quæ cum illo haberent consortium, tremebant: At nec incōmodum illi vllũ fuisse ad stomachum, docere quisquã potest, quod nullum sit symptωma nominatum in narrandis Pythionis accidentibus, quod indicare stomachi valeret vitium. Nec stomacho esse quicquã cum manibus cōmune, ostenderunt. Nam ipse ait fieri tribus modis consortia, aut pp viciniam, aut pp familiarita

Consortium triste fuerit:—

tem vel generis vel operis. Generis vbi neruoſum neruoſo, venoſum venoſo, arterioſum conſentiat arterioſo. Operis, cum mammę & thorax partibus genitalibus. Sed in harum cõmunitatũ conſentire nulla manus poſſunt cum ſtomacho. Neq; enim officium ijs eſt cõmune, neq; neruorum conſenſus, quamobrem in manibus neruoſum genus in conſenſum veniat ſtomachi affecti. Nã ſtomacho a ſexta deducta de cerebro propagine tribuuntur nerui. Manibus a ſpinalis medullæ regione ad ſextam, ſeptimam, & octauam vertebram. Itaq; quæ a ſexta coniugatione partes ſunt neruos conſecutæ, has ſtomacho conſentire, non manus oportet. Atq; de tremore hæc nugantur, qui propter abſtinentiam in veneris ducunt nimiam humorum copiam Pythionem coaceruaſſe. Quanquam venus vt vacuatione plenum fieri non permittat corpus (tribuamus ſane hoc illis) ſtomachum certe labefactat non mediocriter: cum eũ veneris abſtinentia, etſi corpus impleat,

confirmet, vt quod maxime. Nam nõ paꝝ absurduꝫ ſit cenſere, ſiquis moderate viuat repleri humoribus hunc. Neq; enim his, ſed otioſis corpus impleť. Qđ ſi quis a venere ſe contineat, exercitetur tamen more Athletarum, foſſorum, & meſſoꝝ, aut artem agẽtium aliquam manuariam, non colligatur plenum his humorum corpus, veꝝ quia quæ ſciunt, hæc nequeunt reticere, vſu venit ſero diſcentib⁹ dicere planiſſime pugnantia, dum importune verba fundităt. Quid enim attinebat ſcribere, dixiſſe Democritum paruum morbum comitialem concubitũ eſſe. Et Epicuꝝ nunquam ꝓdeſſe veneris vſum, præclare agi ſi nõ officiat. Nam iſta oratio ad ægrotantes ob immodicam venereꝫ ptinet, non ad eos qui diuerſaꝫ inſtituerunt rationẽ viuendi. Et quidem Sabenus hæc ſcripſit, non uidens quę inſit in verbis pugnantia. Iam uero quid eſt nouius q̃; ob ꝯtinẽtiã ueneris deliraſſe Pythionẽ. ferũt.n. aceruatã in cerebro geniturã, multitudine id opprimentẽ,

Moderate uiuentibus, corpus humorib. nõ impletur.

Venus ē parua Epilepsia sm Democritum:

delirij symptωma efficere, vt solet os, p̄mens in capitis fracturis, & nostra manus creare insipientiam. Quare iā mō strat, non se cuiquam, cui terebra adigeretur, adfuisse. Cum autem aut digitis premas vna cum membranis cerebrum, aut per membranaꝝ quæ vocātur custodes, aut etiam ante perforationem os putrefactum has premat partes, deliria non existunt: sed sopores alti opprimunt, sensus perit. nam soporātur interdum magnopere ita affecti, vt in vehementibus apoplexiis. At vero cum etiam varia sputa autumant genitura retenta accidisse, pręstat illos nihil confutare. Nam qui reprehendit sedulo, quæ nulla sunt digna sedulitate, se ipsum afficit contumelia. Atqui non hæc modo sed longe protulerunt plura haud dissimilia illis, de q̄bus est hoc vnum abscessum ad sedem aiunt ortū Pythioni propter loci vicinitatem, quo genitura excernitur. Et abscessus ī sede comitem fuisse stranguriaꝫ. Deniqꝫ alia etiam afferunt, quibus adducaris vene

tis continentiam non paucoꝝ esse, nec paruoꝝ authorem morborum. Et hæc cum scribant in propositis exponẽdis ægris, Democritum proferunt, & Epicurum nihil vnquam proficere affirmantes venerem. Et quod omnium est sapientissimum, vt conuulsio, inquiunt, comitatur repletionem, & inanitatem, ita consequuntur libidinez & continẽtiam cõmunia sympt^ωmata rationis et neruorum affectoꝝ. Proinde hoꝝ nos sapientia inducti, ac fidem eoꝝ verbis habentes, ne Athletis quidem a venere permittemus abstineri, nequid hinc conuellantur, aut desipiant. Hæc scilicet omnia, insuperq; cætera, quæ narrauit Hippocrates accidisse Pythioni, iactant, perinde quasi illius morbum coitus abstinentiam præcessisse plane ipsis sit certum : tametsi initio dixerint, verisimile esse a coitus abstinentia hæc accidisse Pythioni (quam illi ἀποχὴν vocant) deinde obliti eius, quod initio modeste dixerant verisimile esse, ac si plane ita se haberet, orõnẽ instituunt.

Sacerdotes a venere antiquus abstinebat,

Et quidem vt apud Telluris ædem cō memoraretur, cur a venere ſeſe continerer, nihil erat cauſſæ, qui nec ſacerdos, nec æditus eſſet deæ. Omnino enim de eo Hippocrates ampliorem mentionem faceret, quam quod iuxta Telluris templum habitabat. At ſi etiam ædituus, aut ſacerdos eſſet, non erat illi in perpetuum neceſſe, vt a venere abſtineret, quomodo ſi Dianæ eſſet, vel Palladis ſacerdos. Cæterum quod dudum dixi reprehendere ſedulo, quæ ſedulitate ſunt indigna, eſt abſurdum. Quare iam finem eorum faciam; quæ interpretes in Pythionem commiſerunt errorum; ac me ad proximum ægrum conferam Hermocratem, meoq; inſtituto interpretabor, parua habita illorum ratione, niſi multum res vrgeat, quæ ſcripſerunt quidam perperā. Sed prius de notis dicā.

De notis, quę ſunt ſingulis ęgris adiectę.

Miror huius libri, vt aliorum etiam

Hippocratis multorum infelicitatem, quorum hi ſunt adulterati, illi aliquid habent ſcriptis Hippocraticis adiectum. Rectius dicam fortaſſe infelicem non fuiſſe librum, cæterum eius nos lectores, qui tempus in re perdim⁹ inani. Ad exitũ igitur narrationis euentorum Pythionis aſſcripta eſt Primum $\bar{\eta}\iota$ literæ nota, rectam habens mediaꝫ lineam, vt quidam ſcribunt nongentenorum notam. Deinde ſcripta eſt π literæ nota, nihil in medio habẽs. Mox ου, ſub quam μ, poſtremo υ. Coacti igitur ſumus, notæ hæ quid ſignificent, inueſtigare, idq; icerti, Hippocratiſne ſint an alius iſta ſingulis aſſcripſerit ægris. Verum nobis cum hoc ipſuꝫ compulſi indagaremus, in mentem venit. Si vt hoc in libro eas inuenimus notas, ſic in alijs etiam libris vulgarium morboruꝫ omnibus comperiſſemus, narratiõi eorum, quæ ægris acciderũt, aſcriptas nõ ſit fortaſſis ab Hippocrate dicere aſſcriptas abſonum. Nunc cuꝫ neq; in aliis libris inueniantur, neq; etiã in ipſo hoc

tertio in omnibus æque exemplaribus
merito in suspitionem non nos tantũ
venimus, sed maiores etiam nostri, ab
aliquo esse asscriptas, fortasse qui disci-
pulos detineret, vt posset declarare q̃-
si mirificum quid, vnaquæq; quid de-
notaret. Potuit etiam compendium si
bi quis soli facere vtilitatis, quam cape
ret ex singulis ęgris: vt in hoc ipso, quẽ
cõmemorauimus Pythione, quod de-
ductam per medium lineam habet πι
videtur πιθανὸν, idest verisimile signifi
care. Sequens π πλῆθος, id est abundã
tiam. A quo statim ου scriptum, οὖρον,
id est vrinam significare videtur, vt ex
ambobus significetur πλῆθος οὔρων. i.
abundantia vrinæ. Deinde μ quadrage
simum nobis diem ob oculos ponere.
υ ὑγείαν. i. sanitatem: Atq; hæc ambo
interpretari, quadragesimo die hominẽ
conualuisse. Et collectam ex omnibus
notis hanc esse sententiam: Verisimile
esse ob abundantiam redditæ vrinæ ꝑ
pulsatum ipsum morbum esse, & persa
natum hominem quadragesimo die.

At hæc non inueniri aſſcripta hoc modo in omnibus exemplaribus, ante dixi. Nunc dico, nec in quibus inueniuntur, in his omnibus primum ægrum habere talem notam. Ergo quod exẽplar notas habet in fine aſſcriptas narrationis de Pythione, hunc habet in modum ſcriptas, ΙΠΙ ϖ ου μ υ. Porro quod probabile ſit vtranq; notam, quod modo dixi ſignificare, confirmant illæ, quę alijs ſunt ægris adiunctæ. Nam vbiq; adiacet π lineam habẽs medium interſecãtem. Ad finem vero ſuperſtitibus υ' additum eſt, υ'γειαν denotans.i. ſanitatem: Defunctis θ, quod ſcilicet mortem indicat. Prima igitur quando ea ſignificare videntur, quæ diximus: & media ſint probabilia. quippe quæ Hippocratis de ægris orationi eſſe conſentanea poſſint. Nobis quidem inanis labor in Pythione confectus eſt, & in alijs conficietur tempus fruſtra terentibus. Sophiſtę vero talibus exponendis, vt vates ſuſpiciuntur a diſcipulis. 5

Hermocrates, qui ad nouum murũ

s
z æger.
obijt.

habitabat, igni est correptus. Cæpit ca put illi, lumbiq; dolere: hypochondriũ molliter contendebatur, lingua initio adusta fuit, mox obsurduit, somnũ non habuit, sitibundus erat, sed nõ admodũ. Vrinę crassę et rubentes, depositęq; nõ subsidebant. Aluus torrida ac copiosa. Quinto die reddidit tenuẽ vrinam, nu beculas habebat, nec subsidebat. Sub no ctẽ delirauit. Die sexto anginosus eua sit, oĩa ingrauescebãt, mẽte nõ cõstabat.

Non desinunt hic nugari quidam interpretes huius libri, sed ideo esse aiũt scriptum ad nouum murum, quod re cens inductus homini offuerit. Alij ab his dissentiunt, seduloq; student osten dere, non propter calcez appellasse eũ nouum murum, verum quod præter morem exclusis ventis, & cũ iam ædes in quibus Hermocrates commoraba tur non bene perflarentur, morbus ho minem corripuit. Verum de loco satis;

ac potius, vt id quod est dicã, nimiũ. De his iam quæ illi acciderunt, porro videndum est, ac eorum quæ alias demonstrauimus, reuocanda memoria, de quibus hoc est: Tria esse prima febrium genera. vnum earum, quæ diariæ appellantur, alterum hecticarum, tertium earum quas acutas vocant, comites putridorum humorum. Atq; ex tertio horum genere febrem afflixisse Hermocratem hinc constat, quod cũ incipit de illo facere verba, statim dicat Hippocrates: Igni est correptus. Nam vt in alia historia scripsit: Quidam incalescens cænauit: vt hoc vocabulo calens febris mediocritatem ostenderet, quæ cænatum tenebat: ita hic ignem appellauit validam febrem. At caput quoq; illi cœpit dolere, vna cum surditate. Itaque ex his in caput liquet inuasisse humorum abundantiam. Declaratum iam est frigidioribus & pituitosioribus succedere sopores, lethargicaq; mala. Calidioribus, aut prorsus mordacibus vigilias,

Tria pa qua febrium.

Igni . . . 176.

surditas.

vigiliæ à calidioribus
Sopores à frigidiorib. } succis

& dementias. Proinde cum vigiliæ eũ cum surditate tenerent, & capitis dolore, lumborumq;: suspicari replentes caput humores consentaneum erat mordaciores esse. Vsu venit porro his, vbi cum calida febre & flagrante cerebrũ offendãt, comites eẽ, vt didicisti, dementias. Qđ si duos dies aut treis, aut quatuor hæc symptωmata durẽt, certius pscies dementiam. Id quod hic accidit Hermocrati. Nam exponendo quinto die scripsit delirasse hominem. Iam vero febrem fuisse eam, quæ dicta est, vel linguæ indicat symptωma. Quid nãq; dicit? Lingua in principio adusta fuit. Hoc nomen eam omnino siccaʒ significat fuisse: potest etiam nigram. Atq in tali lingua, febreq; tali si absit ingens sitis, alterutrum innuit, aut mentem læsam ægri esse, aut ventris naturalem facultatẽ, qua subinde cibos appetimus, emortuam. Porro cum narrationi hæc sunt adiecta: Hippochondrium molliter intendebatur, ex iocinore conijcias febris originẽ esse profectã. Quia eniʒ

singulari

mordacib.

delirium.

lingua adusta:

Cu ardente febri, et lingua adusta, Sitis absentia qd m dicer? Lege 172. a.

lege 275

Febris origo ex jecore noscitur ex Hypochodrij tensione lxxvi

singulari numero quem vocant, dixit hypochondrium, alterum tantum indicat. non vtrũq; fuisse contentũ. Quando autem aut dextrum sit necesse aut sinistrum hypochondriũ nos accipere, dextrum fuisse intentũ sit verisimilius, propter excellentiã qua præstat alteri. Siquidem talia citra appositum & distinctiones perferunt. Atqui ipsa natura febris, & ipsius adustio linguæ, satis iocinoris affectum prodit. Nam intentionem, quæ dicitur fuisse mollis, hypochondrij, constat vacuã indicare. Nam vacuum arguitur ex molli. Huic est oppositum cum tumore, quemadmoduʒ contentũ laxo. Ac si ita diceret, dextrũ hypochondrium contendebatur, sed citra tumorem, vel quia non magna fuerit inflãmatio iocinoris, vel in sima parte duntaxat, qua ventriculum amplectitur, gibbo etiamnum a siccitate libero. Iam ventris torrida excrementa etiã inflãmationẽ indicant visceris. Quare si vrina ad hæc lætalis accessisset, celeriter perierat homo. At quia vt talibus,

erat mediocris, fieri ſperes poſſe vt pro-
ducatur morbus. Nam bonæ quidem
vrinæ haudquaquam in iſtum ſtatum
incidant. Rubræ vero ſpatio longo la-
boraturum hominem, non tamen pla-
ne moriturum arguunt: vt in commen
tarijs in librum Præſagiorum & de iu-
dicijs planum fecimus, vbi eius libri re
prehendimus authorē. Nam quæ alia
de occaſione ægrotantibus acciderūt,
quia ad aliud refert, errat. Iam in ijs cō
mentarijs prolixius ſumus tum phre-
nitidis peculiaria ſigna perſecuti, tum
quod in libris Hippocratis citra contro
uerſiam germanis, de quibus præſagia
ſunt, vniuſcuiuſq; facultatē ſigni exa-
cte & ſigillatim explanauit. At de ru-
bris, vel prærubris vrinis verbum nul-
lum fecit. Sed de ſubrubra vrina cum
mentionem facit, ſimul prærubrarum
vim explicuit. Atq; adeo de ſubrubris
» vrinis in hæc ſcribit verba: Si vrina fue-
» rit ſubrubra, ac ſubrubrum qđ ſubſidet,
» diuturniorē hęc quidē morbum q̄ pri-
» ma ſignificat, ſed admodum tamen ſa-

Rubræ urinæ quid denotent,

lib. 2° . 27. Præsagiorum

„ lubris est. Cum ergo sit subrubra præter cæteras salubris quidem, longius tamen q̃ prædictæ trahat, quas ocyus dixit morbum exoluere, quæ magnopere sunt rubræ longius significabũt spatium, cæterum non mortem sua sponte, neque delirium. Siquidem per flauam bilem in cerebro exundantẽ deliria oriuntur, quemadmodum si ea sit adusta, vt iam transeat in atram, insaniæ. At vero sanguinem abundare crudiorem & serosiorem rubra indicat vrina, qui in venis videlicet iocinoris & profundi corporis cõtinetur: vt flauam bilem, ruffa & atra. Quid igitur venit in mentem cum alijs nonnullis, tum Lyco, vt hũc approbarent, qui in prædictionibus scripsit: Surditas, vrinaque prærubra, in qua nubes non subsideat, delirium nuntiant. qui morbo regio si corripiantur, malum est. Apparet enim, ex his, quæ hoc sunt loco de Hermocrate tradita, authorem illius libri vniuersale collegisse præceptum: sed longe aberrat, & ab rei ipsius natura & Hip

pocratis sentẽtia, tum vero ab his, quæ in ægrotis obseruantur. Nam rei natura demonstrat sicci temperamenti humores & virtutis mordacis, vigilias in cerebrum elatos concitare & phrenitim: id quod in cõmentarijs de locis affectis ostendi. At Hippocrates tales humores cognouit, flauam, & atram bilem: humidum vero succũ, & frigidum, pituitam: mitissimum autem simulq; nobis familiarissimum, sanguinem. Præterea vrinam serum esse humorum in venis contentorũ, nos ille docuit. Quare ratio conuincit, vbi amplior semicrudus sanguis per vrinam expellatur, rubram eum hanc efficere, atq; ideo diuturnũ fore morbum: q̄ requirat scilicet ad cõcoctionem longius spatium sanguis. quatenus dies ɔcoctionis est efficiens. At non erit talis morbus, vt ab vrinis, exitiosus, neque phrenitidi obnoxius. Sed nõ oportet hic nos longiores esse, posteaquã istarum iam orationum in cõmentarijs in Prædictiones importunitatem prodiderimus. At enim cum

Sicci humores: & mord.

Vrina serũ ẽ sang.

semicrũ ẽ san-

crassas etiã fuisse indicet, nec subsedisse vrinas, plane sunt illæ ex conturbatis & turbidis, vt solet hic appellare, quę semper turbationem crudam annuntiant multo præditã spiritu flatuoso, vt mustum. Quo fit vt capitis dolores his vrinis sint adiuncti, q͞p spiritus caput cum calidioribus succis petat. a quibus merito intenduntur vigiliæ, & periculum est delirij futuri, si acrimoniam humores obtineant. Hæc cum statim ab initio Hippocrates cũcta exposuit, & symptωmata & signa Hermocrati accidisse, deinde nihil de diebus proximis prodidit: durasse hæc ad quintũ vsq; diem innuit omnia, ac tum se demu3 ad alia accessisse enarranda, vbi aliqua ex parte variassent. Proinde quinto dicit die multam illum reddidisse vrinam, & tenuem, quare ad eius diei expositione3 trãseamus: Quinto die reddidit tenuẽ vrinã, nubeculas habebat, subsidebat, sub noctem delirauit. Cum primu3 est immutata prima vrina, & desipuit homo, die quinto scripsit Hippocrates, prę

Vrinæ turbulentæ quid indicent,

Dolores capitis, cur cum vrinis turbidis inuadant: etc:

terita, vt diximus, tertij & quarti diei declaratione: nimirum q̄ eadem permāſiſſent in ijs ſymptomata. Quare de tenuibus vrinis reuocemus ad memoriā, quid in Præſagijs dixit his verbis: Qui tenuem, crudamq; diutius vrinam reddunt, ſi cætera vt ſuperfuturis portendantur, his abſceſſus in regionibus infra ſeptum tranſuerſum expectandus eſt. Itaq; altero modo crudus eſſe morbus ſignificatur per tenues vrinas, vt etiam per craſſas, vbi non ſubſidant. Siquidem conturbatæ, ſed dum depoſitæ ſunt, ſubſidentes, concoctionis alicuius indicant initium, potiſſimum vbi illico ſubſidant. Quæ vero non ſubſidunt, vltra flatuoſam turbationē craſſitiem eſſe crudorum humorum ſignificant. Atq; ex his liquet morbuȝ producendum. Inſuper qua erat prauitate febris, & quia ſub noctem delirauit homo, cum periculo eſſe coniunctum. Reliqua iam videamus, num eſſe his conſentanea videantur. Auruginoſus euaſit, omnia ingraueſcebant, mente

Non constabat. Indiciū hoc tibi sit contentionis hypochondrij ex iocinore ꝑfectæ. Diffunditur etenim nonnunquā per totum corpus flaua bilis, quod decretorium est, vt in Aphorismis quoq; est eo libri loco declaratū, vbi ait, Morbus regius ante diem septimum, malus est. Reduc item ad memoriam ante cōcoctum morbum, crebro te audiuisse nullum quélibet abscessum proficere, nedum auruginosum. Is enim impedit significat bilem, quo minus ex viscere expurgetur, & per ventrem effundatur: vel propter opilationez eius, vel inflammationem. Morbo iam concocto decretorie interim natura ad cutez excrementum effundit cum quorundā aliorum humorum, tum flauæ bilis. Nam hoc quidem loco flauam appelles, an pallidam, nihil interest. Porro cū vitium increfceret iocinoris, auruginē extitisse ex eo indicatur, quod ingrauescerent omnia sexto die, simulq; ꝙ mente ille non constaret, quod est, desiperet. 6

lib. 4° 62.

bilim, indicatorie ad cutim efferri an sept^m est impote. 4° aph. c. 62

ieterina uitio iecoris.

Die septimo grauiter se habuit. Vrinæ erant tenues, similes proximis item diebus. Sub diem undecimũ omnia illi uisa sunt remissa esse.

cõsidera uocẽ uisa

Quæ die quinto vrinæ fieri cœpissent deteriores, non correctæ sunt multis diebus. Non enim septimo modo die, verũ sequentibus etiam ad vndecimum vsque diem in ijsdem fuisse dicit symptωmatibus versatũ & signis Hermocratem. Vndecimo die omnia illi visa sunt remissa esse. Recte sane visa sunt dixit. Neq; enim periculosissimis ex signis potuit subito, cum eadẽ permaneret humorum cruditas, ad meliorem statum peruenire: idq; adeo cum nihil eluxisset decretorij die vndecimo. Id quod solet nõ raro conspici, ꝙ tum natura solet aut sanguinis profusione, vel alui, aut vomitibus, aut sudoribus, aut parotidibus, aut decubitu quopiã ex discrimine hominẽ vindicare. Attendamus itaq; iam, quę die vndecimo acciderunt.

Visa.

Sopor cæpit, urina craßior, subrubra, infra tenuis, nō subsidebat, aliquātulum mente constabat.

Solidum scripserunt librū interpretes de significatione huius dictionis sopor', quo significat propensionem in somnum, qui eam ei appellationem tribuit Hippocrates. in somnum autem propēsionem voco, cum vigilare ægri nequeant, non apertos habentes oculos, sed cōniuentes: vel altis somnis, vel tenuibus, vel vigilijs detineantur. vnde exactam quærit distinctionem, multā etiam prudentiam & exercitationem, vt ex quo vitio in soporem æger incideret, assequaris. frequenter enim, vbi multum irrigata pars sit, quæ est sensus fons (in qua & somnum recte Aristoteles fieri demonstrauit) sopor sequitur: vt nonnullis vsu uenit ebriis. Subinde ob solum frigus. Est cum ambobus his profundus succedat, & soporans somnus. Quin etiam propter infirmitatem virium talis affectus fit adeo iam emor

SOPOR

Propensio in somnū qd signet.

SOPORIS CAVSAE.

Sopor quando ab humido, quando [a fri]gido, quando ab utroque: quando infirmatis uires:

suarum, ut apertas genas seruare non ualeant. Ac ita affecti hoc habent, ut postquam conniuerint, aut nihil prorsus, aut parum dormiant, sed uigilent, nec attollere tamen genas queant: quod quidem uitium ab eo quod committit humiditas & algor, pulsus distingunt potissimum languidissimi, tardi, rari, & parui. Quod si hanc esset Hippocrates cõmentationem iuxta ac alias persecutus, & pulsuum in ægris genus tradidisset, fieret, ut etiam exactiorem nos cognitionem eorum, quæ ægrotis euenerunt, assequeremur. Quam quia pręteriit, ut quidam urinarum, ex his, quæ literis mandauit, de ægrotis est coniectandum. Ac in cerebrum se succum cõtulisse pituitosum undecimo die, nõ est rationi cõsonum, in morbo, qui siccus & calidus a primo statim impetu fuit. Siquidem lingua adusta, uigilia, febris uehemens, sexto die auruginosa perfusio, excremẽta alui torrida, totum esse igneum statum corporis declarat. Huc accedit, quod si qua copia esset colle-

Sopor ex uiriu infirmitate cognoscitur ex pulsu:

sopor multotiens super febre ardenti, post uigilias.

cta succi in iocinore, & eius uenis, non ea in toto continebatur corpore, quam ostendit iam inde usq; ab initio urinarum crassities. Reliquum ergo est perfrictionem insignem cerebri, aut facultatis imbecillitatem Hermocrati soporem induxisse die undecimo. Vtrū autem sit horū, nihil esse perniciosius potest. Nam in præcipiti ea esse demonstratum est frigora, cum calidis morbis & siccis succedant. Recte ergo Hippocrates scripsit: Omnia uisa sunt remissa esse. Nam cum exitiosissimum signuz die undecimo sopor incepisset, haud potuit fieri, ut salubrem tum statū corpus recuperaret. Immo uero ne tertius quidem est ullus in talibus status, sed si a salubri statu ea deflectat forma febris, in diuersam impingit calamitatez, in qua extinguitur natiuus calor. Ergo quia sopor symptωma ita perniciosuz undecimo die extitit, attendamus urinas. Nam si exitiosæ etiā hæ appareāt esse, propinquā significent mortē. Sin mediocres, in longius tēpus trahetur.

Somnus in Hermocrate un:

Frigora post calidos morbos insanabilia:

medius

In sopore urinis attende:

Copt^a urina no e in Sopore in feb. acu[illegible] in post uigil:

Nam optima urina in talem statū nullo pacto incidat. Ad quid de eis referat, audiamus. Vrina inquit crassior. Hæc quidam ita cōnectunt, ut post dictionem sopor supradictam, cœpit urinæ attribuant. Nam cū intercedat hoc inter soporem & urinam, utrilibet assignes licet: ut duplex sit lectio, una hęc, Sopor cœpit: Altera hæc, cœpit meiere crassiora. Etenim uerbo οὔρει, id est, meiebat per indicatiuum quem uocat modum prolato adiiciunt ν literam, ac scribunt οὔρειν cum ν, id est, meiere, modo ut uocant infinitiuo, ut uerbo cœpit consentiat scriptura. Cæterū dictioni sopor est uerisimilius uerbum cœpit adhærere, cum nunc inceperit primum: Vrina vero crassa vsq; ab initio fuerat. Siquidem in narratione diei primi scriptum est his verbis. Vrinæ crassæ erant & rubræ, depositæq; non subsidebant. Quare cui probatur hunc dicere, nunc cœpisse vrinas crassas esse, cum tales ab initio ad quintum vsq; diem fuissent. Nam die quinto quidem mutatas te-

nues dicit factas. Deinde ſeptimo die, eas fuiſſe commemorauit eaſdem. Recte igitur dixit vndecimo die: Reddebat vrinam craſſiorem, conferens cum his illas quæ a quinto die hactenus tenues fuerant. Iam etiam ſubrubras eas fuiſſe ait, & infra quędam habuiſſe quę ſubſiderent. Quare videtur ambiguiſſe hæ vrinę inter bonas & exitioſas. Porro in fine quod dicit, bifariam legunt. Quidam ita, non ſubſidebat aliquantulum, adiungentes dictionē aliquantulum vrinæ non ſubſidenti. Alij ſic, ſubſidebat: Deinde iterū ab initio aliquantulum mente conſtabat. Quod propius videtur ad ſenſum accedere. Nam aliquantulum, ſi ſit prædictum ſubſidere vrinam, ſolent ſic Græci dicere. At non ſubſidentibus raro id genus nomina adijciūt. Habes ergo, quæ vndecimo die ſymptωmata & ſigna acciderunt. Videamus iam, quæ de quarto decimo deſcripſerit.

8

Quartodecimo die a febre erat li=

ber, non sudauit, dormuit, omnino mente constabat, urinæ eædem.

Nequicquā videatur adiectum, non sudauit. cui est simile, non illi profluxit sanguis, non vomuit, parotidas nō habuit. Sed vt non multo ante dixit: Sub diem vndecimum omnia illi visa sunt esse remissa: qui cum dicere potuisset simpliciter, omnia sunt remissa, adiecit visa sunt: quo illoruz admoneret, quæ alibi scripsit: Ijs, quæ non rite releuāt, his nō est habenda fides. Ita etiam hic non dubitauit cumulum addere, non sudauit: vt ob oculos proponeret, quā sit anceps remissio morbi. Nam si, quę postulabat res, quartodecimo die euenissent, conseruarant hominem. Itaq; quia non apparuerunt, hinc malitiam nobis morbi subiecit. Quos quidē status ignorat vulgus medicorum, & gaudet si qua videatur alleuatio, tametsi hæc ex signis prioribus proficiscatur, & symptωmatibus exitiosis: nesciunt, cuz natura enecatur, & extinguitur insitus

natura enecat, & exoluitur calor, uidetur aegri sim... se habere, sed ludibrium est.

calor, tales solere status incidere: Non secus ac partes quæ de fluxione mala in tumorem assurgunt, vbi natura præ infirmitate haudquaquam attingit humoris concoctionem, qui excitauit tumorem. Nam cum generatur, inquit, pus, dolores fiunt & febres, quod natiuus calor humores tumoris authores imutet. Quare quando omnino hæc à concoquendo abstinet per imbecillitatem, nec laborant, nec febricitant, nisi perparum. Ideo fit, vt in his qui suppurarunt excreto pure, pars sit in quá fluxio impegit, salua. At vbi suppuratio, & manifestus dolor, & febris abest, putrescit pars, vt nõnunquam eam cogamur solidam præcidere. Huic nõ dissimile est, quod his accidit, qui obscure & non legitime explicati sunt febre, præsentibus signis letalibus. In hoc casu fuisse Hermocratem vel sopor, qui hominem die vndecimo arripuit, arguebat. Siquidem vna cum ardente febre, & succum habente mordacem acremque adiunctum, siquis symptωmate teneatur, humidos

& frigidos humores, atq; nō mordaces comitante, non esse incōmodum ostēdit profligatū: cum nihil acciderit decretorij, sed suffocatū & extinctum natiuum calorem. Sed hæc alias longius tractauimus. quin etiā hic summatim satis sit dixisse de his, qui a febre, in grauibus ægritudinibus non rite liberātur. Nam quo habere, cum signa præcesserint exitiosa, cōmodius videantur, hoc morbum habent deteriorem. Vt vero Sabinus dixit, insidians morbus more feræ, aut hominis scelerati (animantis enim est ratione pditæ petere insidijs) nec opinantes adoritur, quos petiuit. Verum eiusmodi verba, nugas iure dixeris. Siquidem cum nihil qđ ad scientiam faciat, afferant, nisi loquacitate obtundant, institutum se putant exemplo demonstrare, qđ nulla ratione his, quibuscum confertur, consentiat. Quare hos relinquamus, & ipsi iam, quæ instituimus, absoluamus. Mihi vero hic animum diligenter aduerte: ac caue mireris qui sæpe ego, cū quépiam in malis

dixissem

dixissem esse, qui interim repente habe ret belle, adeo vt & lauaret: illudererq; non a plebeis tantum, sed & a medicis, in prædictione tamen constarem: Postea cum repeteretur ille a morbo, qui videbatur recte habere, moreretur q;, ex diuinandi habitus sim, nō medica speculatione præsensisse, cum hæc pre clari isti ipsi medici nusquam esse affir mauerunt literis mandata. Equidez vnde mortem quibusdam in vndecimuz diem, aut salutem præsagiuerim, abunde scripsi de eiusmodi prædictionibus oibus in cōmentarijs de decretorijs diebus & in libris etiam de iudicijs. Quorū est omnium princeps diuinus ille Hippocrates. Sed cętera in illis quos citaui modo libris & vero etiā nonnullis alijs prosecutus sum. In præsentia qui illos reuoluerint, his planam faciam propositam disputationem. Vndecimo die Hermocrates melior esse visus est, quartodecimo semel liberatus. Constituto iam hoc & præcognito recidiuam fore, & periturum eum, dié septimumdeci-

Nota ꝺ his q nō ex rūm melius se habent:

mum consentaneum erat his quæ die vndecimo & quartodecimo euenerãt, recidiuam attulisse. Nam morbi vicissitudo in dies incidit decretorios. Didicimus nanq; in præsagijs & Aphorismis dierum quaternarios orbes in vigesimum, non primum vigesimum incidere. Atq; idcirco vndecimum quartidecimi esse decretorium, decimum vero & septimum vigesimi. Ergo tum morbum rediisse die septimodecimo Hermocrati in primis est consonum, tum consecutam aliam esse mutationem vigesimo, non tamen iam lectis Hippocratis scriptis, quæ die vigesimo mutatio erit, constat. In caussa est, quod virium status nos lateat ægri, atq; certissimum earum signum ipse praterierit. Quibus perspectis, nihil erat procliuius, quam vigesimo die sit moriturus dicere, an in spatium longius protrahendus morbus. Quæ si nescias, est obscurũ. Itaq; audiamus quæ de die septimodecimo, quæ item de vigesimo Hippocrates dicat.

20.ª nõ aũt 21.ª in acutis cõtemplãda magis.

Ad diem ſeptimumdecimum redijt, in ſequentibus diebus incaluit, febris erat acuta, vrinę tenues.

Alia ſymptωmata ſunt recidiuæ. at vrinæ tenues morbum eſſe crudum ſignificant. Itaq; vt non ſint magnopere ſigna, quæ apparebant, exitioſa, fore incolumen hominē dicere nequeas, conſpiciens ſeptimodecimo die eaꝫ vrinaꝝ cruditatem. Nā Hippocrates ipſe dixit in talibus, vt æger diuturnitatem morbi ſuſtinere poſſit, eſſe periculū. Io

Iterum vigeſimo die eſt iudicatus, & à febre liberatus non ſudauit.

Quo die accedere febris debebat (ſi quidē natura omnino aggreſſa concoctionē humoꝝ eſſet, aut vrinæ certe, vt oſtēdi, quę manebat tenues) hoc febris repreſſa eſt vniuerſa. Neq; enim ſeptimodecimo acceſſit natiui caloris ratiōne, ſed ſolā putredinis, ſuccenſis in modū febris humoribus. Itaq; eoꝝ feruor digeſtus, a febre hominem vindicauit.

Sed quia exitialia symptomata manebant, vt postea dicit, Hermocratem clarum erat obituꝝ. Iam quod ĩ die quartodecimo, non sudauit, scripsit: in vigesimo item addidit, admonens remissionis, q̃ obscure aduenit. Nam ꝙ permã serint extinctæ ægri naturæ symptomata, ex his perspicias, quæ vigesimi diei subiunxit narrationi: quibus nunc animum adhibe. 11

Perpetuò à cibo abhorrebat, omnino mente constabat, loqui non valebat, lingua inaruit, non sitiebat, obdormiscebat aliquantisper sopore tentatus.

Hæc, quæ retulit, sunt omnia extinctæ facultatis signa: vt verbi gratia ciboꝝ fastidium, appetitum amissum significans, interim a ventriculi ore proficiscitur ab aliqua humoꝝ aliena qualitate affecto. Interim ob ipsam facultatem extinctam, cuius erant in secunda valetudine munera functionem, sentire, & quę sunt se procuratura appetere. Eiusdem sunt partes, humidæ materię

cupiditas, & impletio. Vt ergo in his se habuit, aperte Hippocrates declarauit hisce verbis: Non sitiebat. & huic, Perpetuo a cibo abhorrebat, subiūxit, mēte constabat: illi, lingua inaruit: hoc, nō sitiebat. Et mente constabat, ad cōmunem vtriusq; declarationem assumpsit. Non sitiebat vero, ad alterum. Cōmunis itaq; declaratio hoc dicit: Non sentiebat desideriū vel siccæ materiæ, vel humidæ: nō quin animaduerteret, sed quia necata erat ipsius facultas. Huic vero lingua inaruit, adiecit, nō sitiebat vt declararet nō humiditatis gratia nō sitijsse hominem, vt quidā, qui humidum & frigidum succum aceruarunt. Sed cum siticulosissima esset affectio, facultas eam tamen emortua non sentiebat, nedū sermonis defectus ex huius noxa euenit. Quare si symptωmata illi hæc & vigesimo die, & per totam prope ægritudinem inerant, febrē planum est calore extincto natiuo hominem vigesimo die deseruisse. Huic assentitur etiam hoc, obdormiscebat ali-

nō sentire.

Hermocra-
tis somnus
qlis fuerit,

quantisper sopore tentatus. Non enĩ, vt sani dormiebat, sed facultatis imbecillitate vltro conniuebat, adeo vt aptos oculos non valeret tenere, nictabatq;, & parum dormiebat. Adiunxit enim verbo obdormiscebat, aliquantisper, quod hæc esset facultatis nota infirmæ, non somnorum naturalium. Quare est probabilius hominem alto sopore tentatum fuisse hoc tempore ꝓpter facultatis imbecillitatem, quam per primarij sensus instrumenti humiditatem. Proinde mireris, non cur perierit Hermocrates, sed qui attingere diem vigesimumseptimum potuerit. Nam non multo post vigesimum diẽ esse consecuturam mortem, verisimile erat. Vnde iuuenem liquet, & valida fuisse natura. Quo factum est, vt morbo resisteret, paulatim marcescens. Est enim coniectari ex omnibus, quæ homini acciderunt, quem vocant medici iuniores marcorem torridum fuisse. Atq; ipsum die vigesimoseptimo peremit febris, quæ vigesi

Sopor est
imbecilli-
tate Fa-
cultatis:

ut Lu- vae
cola 1559:

Marcor Tor-
ridus:

moquarto ex putredine humorum cō
citata erat, quam explicat proximo ca
pite. Porro operæprecium est indica-
re, quid hoc loco scripserit, mente con
stabat. Siquidem non omnino vide-
tur compos mentis fuisse, quando ipse
Hippocrates illum in quinti diei narra-
tione scripserit delirasse, & addiderit de
inde i sexto, mēte non constitit: Mox
in septimodecimo, deliravit. Quare
quo alterutrum, aut his eum tantum
diebus delirasse, reliquo tempore sui
fuisse compotem significaret, scripsit,
omnino mente constitit: etiam vigesi-
mo die, quez proposito capite explica-
uit, omnino mente constitisse, hoc est,
ne paululū quidem desipuisse. Quod
cur adscripserit, paulo ante exposui.
Nam quando non sitiant, nec cibū ap
petant quidā in morbis: vel propter de
liriuz, non sentiunt, quæ patiuntur, aut
propter extinctam naturalez ventricu
li facultatem: si id citra delirium habe-
ant, facultatem relinquetur eorum na-
talem esse extinctam.

Ad diem vigesimũquartũ incaluit, aluus lubrica cũ fluxione tenui, & multa. Proximis diebus acuta febris, lĩgua torrida. Vigesimoseptimo defunctus ẽ.

Hoc in ægro vigesimusquart⁹, vnus vt ostendimus ex decretorijs circuitib⁹ vigesimusq; septimus longe hoc etiã magis portione quędam immutarunt. Nanq; vt septimodecimo die repetitus, vigesimo visus est commodius habere, cum reuera non ita haberet, sed falsa specie illuso vulgo, quod calor insitus extingueretur, a febre relinquebatur: ita vigesimoquarto cum febricitare ex residuorum humorum cœpisset putredine, & aluo inde deiecisset multa tenuia, & viruléta: Vigesimoseptimo perijt, ꝙ ipsa acuta eét & sicca febris. Vnde etiam est adusta lingua. 13

Hic perpetuo obsurduit. Vrinę aut crassę, et rubentes, non subsidentes: aut tenues, decolores cum nubibus. gustare non poterat.

Declarato vigesimo die subdidit qđ nunc est dictum, gustare non poterat quod idem significat, ac fastidiosus cibi. Vrinas dixit a septimodecimo die ad vigesimum vsq; fuisse tenues. Prædixit autem, siquid meminimus, & de his, quæ rubentes nubes nec subsidentes habent. Atq; hic quidem retractatis omnibus simul his, quæ demonstrauit, hoc innuit, alias aliam illum reddidisse vrinam, at bonam haud vllam vnquam. Iam etiam fuisse illi ęgrotanti perpetuam surditatem, prætereitaȝ antea, recte hic ascripsit. Cæterum miror non de auriginosa perfusione quicquam meminisse, cuius par erat etiam mentionem facere. Itaq; fortasse quasi apertum sit perpetuam fuisse, reticuit. Nam nondum Hermocrates sudauit, nec vacuatio bilis vel per ventrem, vel vrinas, vel vomitus consecuta est. Ideoq; non poterat summoueri morbus regius. Vnde ex his collectis, quæ dicta sunt, est perspicuum mire fuisse iecur affectum principium nu

tricis & naturalis animæ, cuius ostendi mus quatuor esse virtutes, attractricẽ, retentricez, alteratricem, & expultricẽ, quæ suppeditant corporibus & nutrimentum & augmentum: quo affecto mirum in modum appetitus perit, vt mori citius, quam gustare quidquam sustineant ægri.

De *notis, quę sunt adiectę.*

Vetustiora exemplaria initium habebant notarum ægris adiunctarum a muliere apud Bitonem angina correpta, quæ septima ab initio descripta ẽ. Et sane qui asscriptas huic libro sunt interpretati, ab illa omnes inceperunt, primis ægris dicentes eas noni additas esse. Attamen in quibusdam, quæ nunc in manibus versantur nostris, etiam primis ægris offendimus notas esse asscriptas. Et vero etiam eas habet annexas Dioscoridis æditio. Atq; huic quidem Hermocrati primũ est subscriptuz π, in medio habens lineam, primaz omniũ notarum, quas reperiri asscriptas dixi

mus in omnibus ęgris. Deinde ε scriptũ est, mox δ cum linea recta deorsum reflexa vt ν antescriptum. Sub hoc κ, & ξ, postea θ, ad hunc moduʒ, π̄ι κ δ κ ξ θ. Prima itaq; nota, vt ante πιθανὸν, id est verisimile est, designat: quemadmodũ extrema litera, quæ nunc ν, nunc θ est scripta sanitatis ν, mortis signum θ est. Quæ hanc antecedit, dierum numerũ quibus aut periit homo, aut omnino conualuit, denotat. Quæ interiacent, rationem qua hominem contigit aut seruari, aut interire. Nunc ergo quando ε cum reflexo infra δ scripsit, aluo compressa vigesimoseptimo die probabile ait esse Hermocratem periisse. Sũt ex interpretibus, quod proflueret vigesimo quarto die venter, morte illuʒ qui dicant affectum esse, ac ex prædictionibus proferunt, quod habet hæc verba, Surditas & vrinæ prærubræ non subsidentes, & quibus nubes insunt, delirium portendunt. His si regius morbus accedat, malum est. Malum item, si morbo regio superueniat fatui-

tas. His mutos contingit, vt ſenſum re tineant, fieri: & aluus mea quidem ſen tentia fluit. vt Hermippo, vnde perijt. Hoc eſt illud ex prædictionibus caput de quo, cum librũ illum enarraremus, diſputauimus. Hoc loco tantum ſit ſa tis dixiſſe, quo in memoriam reducaꝫ, quæ illic ſumus interpretati, & in hoc libro hactenus. Nam Hermocratem quidem neq; per aſtrictam contigit al- uum, neq; per ſolutam perire. Verum ſunt hæc ſymptωmata clara ipſius affe ctus. Sicuti cum excerneret antea tor- rida: quorum ſequitur vtrunq; iocino ris malum, vt oſtendimus cum alijs in locis, tum in commentarijs de locis af fectis. At perijſſe potiſſimum hic ioci- noris videtur vitio, iam etiam quod ca put non commode haberet. Quin etiam hunc ægrum interpretantur ab- ſurdius, qui hac de re deſcriptum dun- taxat iactant, quo vim examinaremus dierum decretoriorũ, quaſi vero non id ſit in oibus obſeruatũ ægris. Quæ ſin- gulis ſeorſum inciderũt, pro affectibus,

qui eos tentarent, exoriebantur. 14

Qui in Dealcis decumbebat horto.

3ˢ Arger. cōualuit,

Et hic adiectum quoq; Sabinus hortum ait, qui etiam ad morbuȝ faciebat homini excitandũ & ſcribit ſic ad verbum: Ideo nuſquam hortum appoſuit hinc innuens morbo anſam extitiſſe. Neq; vero eſt animal ad herbas edendas natum homo. itaq; alieno victu veluti immutatus eſt. Hæc ſunt, quæ ille ſcripſit. Ego quando præter inſtitutum meum ſcribere aliquid in hiſce cõmentarijs ab amicis ſum adductus, in abſurdarum ſugillationem interpretationum, faciam vt & hoc loco pauca eiuſdem generis adiungam. Ac primũ non ſemper hominem dixit in Dealcis horto habitaſſe, ſed decumbere tantummodo ſcripſit. qui dudum, dum integra ſanitate eſſet, potuit alibi cõmorari: morbo autem affectus accommodatius tabernaculum requirens, id in Dealcis eſſe horto nactus: Deinde, in horto diuerſantem nihil eſt neceſſe holeribus, vt animal, quod nihil in eſca

præter herbas habet, semper vesci. Vt nec si prope eos habites, qui caprinam, vel ouillam vendunt, has esse quotidie: vt oratores. Neq; enim si lanistarum sis vicinus, statim multas carnes deuorare necesse habeas: quemadmodum athleta. Tertio iam, cum multa suppeditarent ad hortorum calumniandum aerem, totam hanc repudiauit partem, ad olera vero deflexit. Atqui & cloacarum poterat meminisse, vt quæ latrinas fere in hortos repurgant, omnemq; eius generis fœtorem: olerum item & arborum halitum, fruticumq;: vt brassicæ, careæ, & buxi. Nam manifesto vicinus aer ab horum inficitur consuetudine. Sed satis istas iam interpretationes cõfutaui. Nunc ad vtilia transibo, ac ad Hippocratis me verba accommodabo. 15

Diu capitis conflictabatur grauitate, atq; dextrum tempus dolebat, ex occasione igne est correptus, decubuit:

Ignem Hippocrates, vt ostendi

Iam sæpe ante, febrem appellat. Adhæc quod proprie magis, vt omnes etiam mortales solent, primas caussas vocare occasiones, ita appellet ipse quoq; interdum, declaraui & hoc. Siquidem quædam sunt, quæ committere per se ipse morbuz nequeunt: quæ ad corpus si accesserint morbo opportunum, totius caussam morbi existimantur sustinere. Vt in proposito hic nobis ægro: Nam capitis diuturna grauitas, & temporis dextri dolor hominem iam ad morbum demonstrabat fuisse comparatum. Sane recte sibi consuluisset, si prius quaz de tenui externa caussa ægrotaret, quę esse ad morbum prodidit se accommodatum, medico se ipse, qui occurrere impendenti valuisset morbo, commisisset. 16

NOTA HÆC:

Parte præseruatrice utendum.

Secundo die modicum meri sanguinis de sinistra nare manabat.

De quo prædixit, vt dolore laborante, huic ex sinistra nare modicum dicit

MERV:

profluxisse meri. Merum vbi de flaua aut atra bile, aut viridi dicatur, in aperto est, vt iam docui frequenter quid significet. Nam proprium vbi colorem quisq; humor, & formam retineat syncerã, ibi eum dicimus merum ædi. In sanguine vero mirum ni econtrario dici ab eo merum sit accipiendum, ac si male dicat mistum. Sanguinis autem naturalis constat rubrum esse colorem. Decolorem vero, non eum, cæterum vel nigriorem, vel insigniter rufum. Et quidem merum sanguinem solemus frequentius nigrum appellare: qui simul est crassiore natura. Ergo fuisse huic ægro, si quidem validis viribus esset, mittendum sanguinem liquet. Nam quod Hippocrates remedium non prodidit; eadem erit quæstio tibi ac illa, quæ de primo ægro scripta. 17

Stillatio sanguis ex naribus sanguinem mittendum arguebat ... prohibet ... l. iij. c. 49

Aluus stercora recte deiecit.

Hoc vnum in morbi principio fuisse mediocre videtur, cætera cuncta exitiosa, q̃ i pximo sunt capite scripta. 18

Vrinæ

Vrinę tenues, cum alijs atq; alijs nubibus minutim diſperſis, perinde ac farina craſſiore ſemen referente. Tertio die, febris acuta. deiectiones nigrę, tenues, ſpumoſę. Quę in retrimentis ſubſidebant, liuida erant, nõ nihil ueterno tentabatur, ęgre deſurgebat. In urinis quod reſidebat, liuidũ erat, uiſcoſiusq;.

Omnia fuiſſe hæc ſymptωmata & ſigna pernicioſa, qui ſunt memores eorum, quæ in præſagijs ſunt prodita, nõ ignorant. Iam in cõmentarijs quoq; in primum de morbis vulgaribus librum non pauca diximus. 19

Quarto uomuit bilioſa, flaua, pauca, poſtea uirulenta, de ſiniſtra nare aliquantum fluxit meri ſanguinis. Aluus eadem, et item urinę quoq;. Sudauit circa caput & clauiculam. Lien intumuit, femur ſubiectum doluit, pręcordia dextra molliuſcule cõtendebãtur, noctc nõ

dormiuit, delirauit aliquantulum.

Sunt & hæc mala omnia ſymptomata, quæ cõmemorauit, extra abſceſſum, qui in lienem & in ſiniſtrũ femur fieri videbatur. 20

Quinto deiectiones pleniores, nigrę, ſpumoſę: in his nigra ſubſidebant. noctc nihil dormiuit, delirauit.

Adhuc perniciosa ſunt hæc omnia. Itaq; ſequentia attendamus. 21

Sexto die retrimēta nigra, pinguia, ſpumoſa, uiſcoſa, uirulenta, quieuit, mēte melius conſtabat.

Hæc mitiora ſunt: Cętera pniciosa. 22

Septimo, lingua arida, ſitibundus erat, non dormiuit, delirauit. Vrinę tenues, parum boni coloris. Octauo retrimenta nigra, pauca compacta, dormiuit, mentis fuit compos, non admodum ſitibundus erat.

Hactenus omnia illi ſymptômata in præcipiti fuiſſe videntur. 23

Nono riguit, febris acuta, ſudauit, infriguit, delirauit, dexter oculus diſtortus erat, lingua arida, ſitibundus erat, inſomnis. Decimo, eadem. Vndecimo omnino mente conſtabat, febre erat liber, ſudauit, urinę tenues circa iudicium erant. oia mendacia ut crisim ostendebat,

Oportebat hũc virum fuiſſe validis viribus, quæ cũ grauiſſimo morbo luctantes reſiſterent. Itaq; cũ nihil illi hactenus accidiſſet boni, videtur die nono rigore decretorio conſecuto, & deinde, quod ſolet, febre acuta a qua ſudore, non cõtinuo propter morbi magnitudinem febre explicatus: Verũtamẽ, cum eadem maneret. (Nam decimo; inquit, eadem) vndecimo ſtatim fuiſſe a febre liberatus. Nam quod delirauerit in iudicio, & dextro oculo ſtrabo fuerit, ſolent illa interuenire iudicijs. Neq; vero repente de illo videtur nono die eſſe decretũ, verum in vndecimũ diem eſſe extractum, quo iam dicit, omnino

Mendax crisis.

mente constabat. Porro adiunxit: Vrinæ tenues circa iudicium erant, vt fidē apud nos ne habeat & putetur confirmatum, sed recidiuā expectemus breui. Nam cū alioqui, tum qua erat morbus magnitudine, in tali expectatione erat consentaneum esse. 24

Intermissio in febre acuta per dies duos.

Duos dies à febre integer intermisit, rediit quartodecimo, statim nocte non quieuit, prorsus mente fallebatur.

Confecto dimidio & infideli ad diē vndecimū iudicio, duos illum dies ait intermisisse, hoc est, duodecimū & tertiumdecimum. Deinde repetijsse quartodecimo, ijsdemq; iterum cōflictatum symptωmatibus. 25

Quintodecimo, urina turbata, cuiusmodi ex his, quę subsederunt, fit, ubi agitantur. febris acuta. prorsus delirauit, non dormiuit, genua & tibię dolebant. aluo subiectis balanis reddidit nigra stercora.

Recidiua iterum euasit acuta cũ ob morbi magnitudinẽ, quæ illi inerat a primo, tũ quia vndecimo die, quo primum fuit iudiciũ, haud adessent vrinis coctionis signa. Cæterum genuũ quidem dolores & tibiarum, qui ad partes imas efficientes morbi vergere humores nuntiant, in bonis certe erant. At balanis suppositis nigrorũ stercorũ exitus malus est propter colorem. 26

Genuu, & tibiar: dolores quid indicent,

Sextodecimo, urinę tenues, inerant nubilosę nubes, delirauit.

Et vero hæc etiã de integro incessentis illũ acutæ febris & signa & symptomata sunt, siquid meminimus in præsagiis demonstratorũ. Nempe sexcéties dicere non oportet eadem. 27

Septimodecimo mane extremę partes infrigescebant, cooperiebatur, acuta febris, toto corpore sudauit, meliuscule habuit, melius sapiebat, nõ tamen febre liber, sitibundus, uomuit biliosa, flaua,

pauca: uẽter stercora deiecit: paulo mox nigra, pauca, tenuia, coloris parũ boni.

Sudor cũ cruditate nõ bonus

Rursus septimusdecimus dies sudorem attulisse videtur, qui valetudini nõ erat profligandæ, propter humorũ cruditatem, ex quibus homo ægrotasse videtur. 28

Octauodecimo mens illi lababat, sopore tenebatur. undeuigesimo in eodẽ erat statu.

Videtur homini nihil plane septimusdecimus dies magni adiumenti attulisse. nihilominus eius certe naturalis facultas cũ morbo certare videtur & fortasse victoriam obtentura. 29

Vigesimo dormiuit, plane mente cõstabat, sudauit, liber erat a febre, non sitiebat. Primo uigesimo parũ delirauit, nõnihil sitiebat, hypochondriũ dolebat, & ad umbilicũ perpetua erat palpitatio. Vigesimoquarto urinę habebãt subsidentia, prorsus mentis erat cõpos. Vi-

gesimoseptimo dextra coxa dolebat, urinę tenues, in quibus subsidentia erant. Cętero cōmodissime habebat. Ad uigesimūnonum dexter oculus dolebat, urinę tenues. Quadragesimo aluus pituitosa, alba, plenior, multum toto corpore sudauit, absolute est iudicatus. Coxæ dol.

Tertium quidē est hoc iudiciuȝ, vbi molita etiam per sudorū est in die decretorio excretionē natura soluere morbum, vt & in prioribus, qui æque decretorii erant. Addidi autē illud, nulla alia de caussa, q̄ȝ vt demonstrem authores præceptorum, quæ in prædictionibus sunt falsa, labi: & longe lateq; ab sensu Hippocratis & pręsagitione in ægris abesse, ideoq; logiatri sunt (Eo enim noīe appellāt vulgo docti ineptos in obeūdis operibus) medici vero nō sunt, qui ægris credentes, qui in libris p̄dictionū sunt & Coacis descripti præsagiis alia pro libito per hos confirmant, citantes quæ in libro prædictionum & Coa- Logiatri.

cis præſagiis errata ſunt: & generalia in præſagiis, & Aphoriſmis tradita præcepta, itemq; in libris vulgarium morborum negligunt. Nam qđ in prædictionibus, & Coacis pręſagiis habetur veri, hoc vniuerſum (id qđ ego in cōmentariis in prædictiones oſtédi) ab Aphoriſmis, præſagiis, & vulgarium morborum libris, authores iſtorum librorum mutuauerũt, & in iſtos libros retulerũt. Lycum vero miror, qui & ipſe ſimilis nequitiæ plenus, Quinto eã aſſignet, cui quidem non fuit vel vnius anni cũ Quinto cõſuetudo: cum Satyrus & Fecianus, qui cum eo diu vixerunt, nullam Quinto talem adſcripſerint interpretationem. Equidem hanc rem, etſi vtroq; ſim pręceptore vſus, non habeo compertam.

Finis primi cōmentarii Galeni in librũ Hippocratis de morbis vulgarib⁹ tertium, Hermãno Cruſerio Campenſi interprete.

GALENI IN TERTIVM HIPPOCRATIS

de vulgaribus morbis librũ Cõmentarius scđs Hermãno Cruserio Cãpensi interprete,

Obseruatio symptomatũ, ægrorũ Nouem.



Vllum ego librũ vnquam, nisi requisitus ab amicis, præcipue longam profectionẽ suscipientibus, scripsi, qui cõmentarium habere eorũ, quæ a me acceperant, aut quæ ipsis in animantibus demõstraueram insecandis, atque ægris, auebant. Quorum quidã euulgati, etiam probati aliis sunt, qui a me ipsi quoq;, vt artem medicam suis absoluerem omnibus numeris, cõtenderunt, eodem vt iam dedi quibusdã modo: id quidem præstiti. Cum vero meminissem in omnibus me, quæ conscripsi, Hippocratis semper interpretatum sententiã esse, simulq; dictiones citasse

eius accommodatissimas quasque, visus sum mihi, si singula capita commentariis explicarem a capite ad calcem omnium eius librorum, operæpretium nõ facturus. Verum quando & hos quidã ex amicis efflagitassent sibi, a germanissimis Hippocratis ac vtilissimis ingressus sum, idẽ tenẽs in hisce libris propositum, ac fecerã in prioribus. Est autem hoc, Quæ perpetuo, aut sæpe in ægris spectantur, hæc literis sola mandare, citra vllam horum sugillationem, qui aut rara, aut nunquã visa tradunt, & falsa omnino. Sic cõmentarios in librum de fracturis, & Articulis: Sic etiã in librum de Vlceribus, & vulneribus capitis, & in Aphorismos, atque Præsagia scripsi. Deinde cum me ad preces conuertissem amicorum, commẽtariis libri de victus ratione in morbis acutis partem exposui primam ad Balnearũ vsque vsum: quæ quidem germanissima habetur: a qua secundam. Nam & hæc multa videtur ex sententia Hippocratis præcepta cõplecti. Deinde sum

librum de humoribus succincte quidē, & paucis diebus interpretatus, qp discedere, qui ad eos me commentarios induxerat scribendos, properaret. Qui cum doctis placuissent (vulgati enim erant) inde vsu venit, vt non iam necessarii tantum me mei, sed & alii medici, quibus familiariter vtebar, vt Hippocratis interpretarer omnia scripta, frequentes adhortarentur. Et feci sane in librum τοῦ κατ' ἰητρεῖον, & in primum & secundum morborum vulgarium. A quibus cum in tertium essem cōmentaria inchoaturus, forte quidā me obnixe, vt in prædictiones tum scriberem, orarunt. Acciderat autē vt id cōtenderent, cū deambulantes in sermonē nos aliquādo venissemus de his, quę in presagiis sunt & Aphorismis tradita. Nam hæc omnia multū valere in ęgris demōstraui. Quod si, quæ sunt in Prędictionum libro omnia scripta, quis accipiat pro generalibus, longe hūc lateq; erraturū. Huius etiā generis esse partē eorū plurimā, quæ in Coacis præsagijs sunt

prodita demonstrabam confusa cum quibusdam, quæ in Aphorismis dicta vel in præsagiis sunt: cum quibusdam item, quæ in libris de Vulgaribus morbis: quæ profecto illorum, quæ libri illi habẽt, vera sunt sola. Quę reliqua sunt in prædictionibus & Coacis præsagijs, erroribus sunt plena. Et quidẽ in libruȝ secundum & sextum de morbis vulgaribus irrepserunt quædam, vt etiam ad finem Aphorismorũ. cætera omnia libri secundi & sexti Vulgarium morborum, sunt Hippocratis, magna ex parte in cõmentariis reperta: partim vero eorum is, qui ea contraxit, adiecit. Erat ille Hippocratis filiorum clarissimus, Thessalus nomine, qui exacte sententiam est patris æmulatus. In primum librum vulgarium morborũ & tertium, aut nihil, aut sane perpauca infarcta suspiceris. Cõmunia præcepta hisce libris sunt pauca scilicet mãdata. ꝙ hic persequatur demũ, quæ acciderunt aut omnibus in cõmuni tempestatibus vulgaribus, aut cuiq; priuatim. Peractis iam

Multa ex falsa in libris Hippocrati attribuitis: —

Thessalus Hippocratis filius:

cōmentarijs in ſecundum librum, treis interea forte ſcripſi, ab poſtulātibus inductus, qđ dixi, cōmentarios in librum prædictionum: quibus eius libri oſtendi maximam partem falſam eſſe: multa pro vniuerſalibus dicta eſſe, cuꝫ ſint infrequentia, non pauca parum diſtributa, quę requirāt diſtinctiones. Et quo ſermo ſit apertior, adferam vnū de his, quæ male quidam ſcripſerūt in cōmentarijs & in prædictiones, & in ægros in libris vulgarium morborum. Scriptum quoddā eſt in prædictionibus huiuſce modi caput: Febres ex præcordijs malę ſunt. Hic quidem huius libri interpretes ſubijciunt in libris Vulgarium morborum deſcriptos ægros, hos ſolos proferentes, quibus defunctis Hippocrates in ægritudine præcordiorum dicit accidiſſe contentionem, vel dolorē, vel palpitationē: vel ſi quid ſit tale: prętereūt, qui de illis conualuerunt. At vero Hippocrates tradidit in præſagijs cum alia quę ad morbos acutos referunt, tum de præcordijs, eo loco libri, cuius hoc eſt

" initium: Præcordia saluberrima sunt, si
" dolore vacent, si mollia, & æquabilia
" sint dextra ac sinistra parte. Hoc totius dictionis, quæ quidem est prolixa, initium est, vbi de præcordijs Hippocrates docet. Qui vero simpliciter febres ex præcordiis esse malas confirmat, necessarijs neglectis distinctionibus, quas in præsagiis scripsit Hippocrates, mentitur aperte. Quippe longe erat verius dicere, Febres a cerebro affecto malæ sunt: febres a membranis, quæ cerebrũ continent, affectis malæ: febres a pulmone affecto malæ. Iam præ his etiã, febres a corde affecto malæ: aut febres quæ a præcordiis proficiscũtur (si proprie vocabulum præcordiorũ accipiamus) præter omneis sunt febres acutas leuissimę. Sin minus proprie, & hac voce ventrem cõplectamur, iecur, lienẽ, & septum transuersum, quædam malę, quædam etiam leues sunt: vt in libris explicauimus de locis affectis. Atque hoc tibi vnũ sit ex male in prædictionibus scriptis exemplum, & interpretũ,

Præcordia uox [illegible] æquiuoca:

qui vti modo dixi, libros inuicem, alterum per alterum enarrant. Et sic in prędictionibus interpretátur: Recte dixit, febres, ex præcordiis sunt malæ. In libris enim de vulgaribus morbis, ille & ille, qui ex præcordiis laborarét, interierunt. In ipsis vulgarium morborum libris, vbi ad eos ipsos accesserint, merito aiunt hunc ægrum periisse. Nam proditum in vniuersum esse in prædictionibus, febres ex præcordiis malæ sunt. Atqui si interpretandum in istum modum est, primum diuersum illi in prædictionibus caput producas licet. Febres ex præcordiis, sunt moderatæ. Deinde eos potes producere, qui in libris Vulgarium morborum supestites fuerunt læsis præcordiis. Hoc itaq; habes vnum (vt dixi) malarũ interpretationũ exemplum. Alterum est mutuo implicatorum affectuum, quo quidem frequenter vti author prædictionum videtur, id quod in cõmentariis, quos in eas conscripsi, aperui. Implicatos voco affectus, in quibus multæ sunt affectæ

idē hō mul tis ex pri bus labora re pot:

partes. Nam poteſt idem homo nō ſolum laborare ex thorace, ſed etiam ex pulmone, & ex capite. His addas licet & ex ventre, & ex iocinore. Proinde ſi quando ſymptωma ſcribat, quod phrenitim denuntiat, & mox illi aliud adiūgat Peripneumoniæ proprium & iocinoris inflammationis, aut ventris, aut membri cuiuſquam alius. Deinde diffi cilius ab illis mortalibus cōparari dicat diſciplinam, qui duobus aut tribus afflictātur, partibus, peruerſam tradet doctrinaʒ. Nam hic ſermonis modus erit: Qui a primo ſoporantur cum capitis, lumborum, præcordiorum, colli dolore vigilātes, ſunt ne phrenetici? Nares his ſi ſtillent, dirum eſt: maxime ſi quarto ab initio die, vētris ſit rubra proluuies.

lege i i4.

Iocinoris hoc ſymptωma eſt, & poteſt cum prædictis exiſtere. vt ſi lateris dolor vel peripneumonia ſopore oppreſſos iſtos arripuiſſet, non eiuſdem tamē eſt affectus inſigne. Quod ſi errata inſtituas, quæ in prædictionibus ſunt admiſſa, & eos qui illius præcepta libri,

æġroſq;

ægrosq; in libris Vulgarium morborũ interpretantur viciſſim alteꝝ per alteꝝ refellere, legas commentarios in prædi ctiones. Equidem in primo & ſecũdo libro ægros deſcriptos, citra vllam malorum interpretum confutationem ante expoſui. Sed quia multi a me amici in paucis ægris contenderũt, vt malos interpretes detegerem, neceſſe habui ĩ treis duntaxat ægros integrum cõmentarium conſcribere ſuperiorem. Nunc iam ſatius duco eſſe; eodem vt modo enarrem reſiduos, quo ſupra in primo Vulgarium morboruz libro enarrabã. Vereor enim, vt ne in alterum incidaz vitium, vt apud hos male audiaz, quos magni cõmentarij longiq; offendũt.

In Thaſo caput Philiſtę diu dolebat, et tãdem veterno aliquantum arreptus decubuit. Cumvero pocula febrem continuam excitaſſent, dolor nocte grauior eſſe cæpit, incaluit primum. Primo die bilioſa, pauca vomuit, flaua illa primũ,

Aegrotans Primus. in

Aa

ſed deinde viruléta, pluraq; aluo ſtercora excreuit. Noctem habuit moleſtá. Altero die ſurditas, acuta febris, dextra precordia contenta ſunt, ac intro inclinabant. Vrine tenues, liquide, nubeculas habebant paruas geniture adſimiles. Circa meridiem inſaniuit. Tertio die grauiter ſe habuit. quarto conuulſiones: omnia ſunt irritata. Q nimo ſumma luce defunctus eſt.

Ne quid ſim longior, non aliter ac ad eos, qui memoria tenent, quæ in pſagia, Aphoriſmosq; interpretatus ſuz, & prædictiones, præterea in primuz & ſecundum Vulgarium morborum librum, ſermonem habebo. Vir hic cuz non decumberet lecto, ægrotabat, capitis (quemadmodum qui ante ipſuz eſt deſcriptus) dolore. Veruz non Vulgare in hoc ſymptωma adiunxit, veterno aliquantum tandem correptum illum. In illo addidit morbi initiũ. Huic

Ergo morbi princ. nõ ẽ accipiendũ à Vitus bin

ex maxima offensiōe ait accidisse. Nā capiti grauiter affecto potio vini larga maxima officit. Illum occasione incidisse dicit in valetudinem. Proinde illi haud dudū censet lęsum cerebrum fuisse, sed abundantiū tantū in capite symptomata humorꝫ esse. At Philistę huic ipsum etiam caput diē in Prauum deuenisse statum. Cum huc iam noxa a potu accessisset, ita excitauit magnum, atq; validum morbum, vt quinto illuꝫ die raperet. Quæ hisce ait diebus symptωmata Hippocrates extitisse, partim ad acutum pertinent morbum, vt si cerebrū nihil sit offensum: partim ad cerebrum ipsum. Ac morbi acuti quideꝫ sunt vomitus symptωmata, qualitasq; vrinarum. Ipsius cerebri, surditas, conuulsio, insania. Quod vero est ab authore dictū, Dextra præcordia contenta sunt, ac intro inclinabāt: illud fit, vbi a septo transuerso vicinæ partes vellūtur. At ipsum tenditur septū transuersum, interim in lateris dolore obiflammationis magnitudinem succingentis

Capiti affecto max. larga vini potio nocet

MORBVS EX VINO PERNITIO sus factus est:

Sympta morbi acuti:

Sympta cerebri

Septi lesio, qd interdū vicinis partibus incomodet

mẽbranæ costas: interim ob originem neruorum ad se neruos, qui ad septũ transuersum pertinent, attrahentẽ per suam ipsius inflãmationem. Sed nunc certe veri est simillimum de his tribus, quod a neruorũ illud contentione sub traheretur, altera præcordia retraxisse. Atqui fere in ijs affectibus præcordia vtraq; consident: nonnunquam altera tantum, vbi principij neruorũ pars altera grauius sit affecta, altera nihil, vel modice. 2

Præcordio
& retra-
ctio:

Cherionem, qui ęgrotabat apud Demęnetum, ex potu ignis corripuit, Mox est capitis dolorifica grauitas consecuta, non dormiebat, aluus turbata est excrementis biliosioribus. Tertio die acuta febris, capitis tremor, pręcipue inferioris labri. Paulopost, rigor, conuulsiones, plane desipuit. Nocte grauiter laborauit. Quarto aliquantisper quiete dormiuit, delirauit. Quinto cum dolo-

3
2 Aegr.
casus.

re cuncta grauiora fuerũt, nugabatur. Noctem molestã habuit, non dormiuit. Sexto nihil est inmutatum. Septimo riguit, febris acuta, per totum corpus sudauit, iudicatus est. Huic ꝑpetuo erant deiectiones biliosę, paucę, merę q;. Vrinę tenues, & boni coloris cum nubibus nebulosis. Octauo die vrina erat melioris coloris, in qua subsiderent candida, & pauca: mente constabat, febris intermisit. Nono repetijt: Ad diem quartum decimum febris acuta. Sextodecimo biliosa vomuit, flaua, plura. Septimodecimo riguit, febris acuta, febre est decretorie liberatus. Vrinę ab recidiua et iudicio, boni coloris, et subsidentia habebãt nec per recidiuam delirauit. Octauodecimo nonnihil tabescebat, aliquantulũ sitiebat, urinę tenues, nubes nebulosę, paulum delirauit. Circa vndeuigesimũ

febre carebat, collum dolebat, vrinę habebant subsidentia, plane vigesimo est iudicatus.

Videtur homo ex abundantia maxime biliosi humoris ęgrotasse. Quod si in ipso quæ de diebus sunt decretorijs & vrinis demonstrata examines offendes sibi eũ constare, & rite eum die vigesimo esse semel a morbo liberatũ. Sunt tamen exemplaria, quæ ad exitũ narrationis careant(Vigesimo) cum spectatissima quæq; orationem sic scriptam habeant.

3 Aeger. 3

Eurianactis filiam virginem ignis inuasit. Hęc per totum morbum nihil sitiebat, nec quicquam sustinebat gustare. Deiecit pauca. Vrinę paucę, tenues, parum boni coloris. Incipiente vero febre secundum sedem dolebat. Sexto die febre erat libera, nõ sudauit, iudicata est. Quod secundum sedem erat, aliquantũ suppurauit, & p iudicationem erupit.

Ab iudicatione die ſeptimo riguit, non nihil incaluit, ſudauit. Octauo ab iudicatione aliquãtulũ riguit, poſtea extremę partes ſemper algebant. Ad decimũ diem à ſudore, quem habuerat, delirauit, confeſtimq; ad mentem rediјt. Ferebãt autem, quod racemum guſtaſſet, ita fuiſſe afflictam. At cum diem intermiſiſſet duodecimum, iterum multum delirauit. aluus turbata fuit bilioſis excrementis, paucis, meris, tenuibus, mordacibus, crebro deſidebat: die ſeptimo quã poſtremum deliraſſet, deceſſit. Huic ab initio morbi fauces dolebant, ſemperq; rubebant, gurgulio retractus, deſtillationes multę, paruę, tenues, acres. Tuſſiit concocta, nihil excreauit, quoſuis cibos toto hoc tempore faſtidiuit, neq; appetiuit quicquam, non ſitiјt, et proprie nihil bibebat, tacita erat, nihil loquebatur.

Qsut quidã morbi innati:

mæsta, animam despondebat. Erat autem natiua quędam tabes.

Vt percurrit, quæ huic ægre ad mortem vsq; acciderunt, morbi totius adiũxit caussam, ex qua iure interijt. Nã a capite ait huic in pulmonẽ malas fuisse destillationes faucibus ac gurgulioni nocẽtes. Adiecit porro sermoni, Erat aũt natiua quædã tabes. Quod oportet meminisse, nec fidem habere sophistis, nullũ asserentibus esse affectum innatum. Cæterũ illud per se solũ tam repente ipsa; non sustolleret. sed quia cũ hoc affectu extinctio cohærebat naturalis facultatis, quo celerius periret, in caussa fuit. Significatur hæc his verbis, Hæc per totũ morbũ nihil sitiebat, nec quicquã sustinebat gustare. De quorũ ego symptωmatũ vitio ante in priore libro verba feci: atq; ipse Hippocrates iterũ in fine narratiõis suo more, demõstrans, quæ ægrotis & mortis fuerint, & salutis caussæ, adscripsit: Quosuis cibos toto hoc tẽpore fastidiuit, neq; ap

Nõ tñ facultate spũalis, sed naturalis afficiebatur:

petiuit quicquam, non sitijt. summo si
gnificans odio illi cibos venisse, vt ne i
desiderium quidē veniret cuiusquam:
quo quidā, qui perdiderunt appeten-
tiam, cū subeant illa, quibus aliquan-
do sint oblectati, tenentur. Nonnullos
enim in morbis fastidio occupatos cō
spicimus, simul atq; quicquā gustarint,
id auersari. Quosdā vero ne gustatum
quidē admittere. At hi tm̄, requirenti-
bus ex se ecquid appetant, respondent
certa edulia, quibus se recordatur quō
dam gauisos esse. Sane maximuꝫ tibi
sit facultatis signum ciboꝝ appetitricis
semel emortuæ, si parata hæc, quæ de-
siderare dicebant, vt gustarunt, culpēt
nec etiaꝫ edant. Qui tametsi habeant
pessime, deteriore sunt tn̄ in loco qui ni
hil appetunt, extremā indicantes extin
ctionē naturalis virtutis, qua cibuꝫ ac
potū appetimus. Quare muliere hac
mortua, exēplarioꝝ diuersitatem, nihil
est quod respiciamus, & de diebus quę
ramus. Nā illi cū nullum habeant or-
dinem, posteaq̄; morteꝫ a capite destil

latio attulit, & innata tabes: ideo simul discordiam exemplarium iuxta & iudicatu difficilem, & inanem arbitratus, prætermisi.

4

Auger 4⁵. interijt: Illius, quę angina laborabat, et apud Bitonem agebat, primum à lingua cœpit obscura esse vox, lingua rubens, desiccata erat. Primo die inhorruit, incaluit, rigor, febris acuta: tumor colli & pectoris ex vtraq; parte subruber, durus, extremitates frigidę & liuidę. Spiritus sublimis, potus per nares effluebat, deuorare non valebat, & vrinę substiterunt. Quarto cuncta euaserunt grauiora. Quinto angina perijt. Ager ·192· z

Neq; in exemplaribus reperitur omnibus hoc modo finis descriptus orationis, neq; scire interpretes huius libri videntur omnes. Sed etiam quidam ex his pro qnto scribunt septimo, alij octauo. Capito vero haud scio qua re adductus, diem & angina detraxit, atq; pau

lo ante ex hoc, Quarto cuncta euaſerunt grauiora, quarto detrahit, facitq; hunc totius dictionis exitum: Aluus & vrinæ ſubſtiterunt, cũcta euaſerunt grauiora, perijt. Ac de meliore quidem lectiõe inferius videbimus. Prius (quod mihi præter cætera eſt in cõmentarijs propoſitum) quæ in muliere hac ſunt obſcurius dicta, exponemus. Mihi vero ſpiritus ſublimis non videtur claruz eſſe. Sabinus quidẽ ſcripſit de eo ĩ hæc verba: Sublimis autẽ ſpiritus erat, hoc eſt, ſummis narib⁹ reſpirabat, quod ex arteriæ inflammatione præcluſuz eſſet viæ ſpatium, nec iam anima poſſet in pulmonẽ adduci. Eſt vero etiaz ipſius obſcura oratio Sabini, vt aliuz etiãnũ interpretem quærat. Equidem illos eũ puto ſignificare reſpirare ſummis naribus, qui reſpirando nariuz pinnas mouent. Siquidem multos nos ægros ſic vidimus ſpirare, vt eas in reſpirando dilatarent. Quod quidem incidit his, qui ab angina ſuffocantur, vel a peripneumonia, vel pure. Præterea

Spũs sublimis.

qui nariũ pinnas respirãdo dilatent,

qui infirma sunt facultate. Verũ istud queadmodũ in ægris fiat, non est quod nunc referamus: quo aũt in his pacto, qui pp angustiã spiritus organorũ, hoc loco reddemus: simul iã cur sublimem Hippocrates eũ spiritum appellauerit expositurus. Cernimus eniꝫ in his, qui sunt ita affecti, summũ moueri ad operta scoptula vsq; thoracẽ. quã nunc probabile est respirationem sublimẽ dictã quæ non in angina modo, verũ etiã in peripneumonia, & ĩ suppuratorũ, quos vocant, fit affectibus. Quæ quidẽ etiã citra febrem accidit his, qui proprie vocantur orthopnoici, & asthmatici. Naꝫ a talibus euentis vtrũq; affectus hic nomen est sortitus, asthma quidẽ. i. anhelationem pp citã respirationem: quam etiã, qui velociter currunt, habent. Et orthopnœam, quod se, quia, cũ decũbũt, suffocant, erigunt. Suntq; qui cogantur plane exurgere. Iã in præsagijs quoq; scriptũ in capite ẽ, quod sic habet: Anginæ aũt grauissimæ sunt, subitoq; perimunt, q̃ nihil in faucibus signi ædũt,

neq; in ceruice, sed multũ præbent laboris, & orthopnœam. Itaq; eadẽ caussa tum orthopnœam inducit affectib⁹ strangulantibus, & quẽ modo vocabat sublimẽ spiritum. Nam integra constãte sanitate, vbi nobis oẽs quiescunt voluntariæ actiones, solis thoracis, quæ ad septũ transuersum sunt, partibus spiramus, vt in cõmentarijs ostendimus de respirationis caussis. Sin ampliorem spirationem requiramus, etiam parteis infernis vicinas mouemus. Vbi plurima indigeamus, tum parteis etiam ad operta scoptula agitamus, thoracis valida opera vtentes. Sed hoc nobis fit sanis, vbi velociter currimus, aut quocunq; modo valide mouemur, quod multo spiritu opus fit attracto. In peripneumonijs vero & suppuratorũ vitijs aut malis, & orthopnœis cum febribus, ob spiritus angustiam organorũ tantæ aeris non capacium molis, quanta est animanti ex vsu. Defect⁹ igitur respirationis in periculũ adducit suffocationis. Itaq; compelluntur vt

Natis re spiratio.

continuent, omniq; thorace peragant respirationem. At in angina receptacula in pulmone spiritus, quibus respiramus, reclusa sunt, & pura: sed quod inflammatione gutturis musculi teneantur, constringitur externi aeris, quez spiritu attrahimus, primus igressus. Quo fit, vt vel hic alia illa quidem de caussa, sed æque tamen vsui respirationis non respondeatur, vt in suspiriosis, suppuratis, & peripneumonia affectis fiebat. Itaq; contendunt, qui suffocátur, exurgere, & toto thorace externum aerem magna vi attrahere. Atq; idcirco i his censeas, qui angina laborant, sublimem appellatum spiritum esse: potest etiam, quod seipsi illi volunt subrigere ita vocitatus esse, vt idem sublimis spiritus significet, ac orthopnœa in præsagijs. Porro in historia mulieris angina detentæ, quæ in sermone nobis est proposita, scriptum est, potum etiaz in nares resilijsse: quod vsu venit his, qui cũ deglutire nequeunt, vel quod gulæ sit transitus restrictior, vel quod emortua

ipsa & resoluta sit. quorum est vtrunq; præcipue exitiosum, vt etiam quod antea est ab eo sic in tertio die scriptum: Extremitates frigidæ. & liuidæ. Nã cuz prædixisset tertio die, subdidit: Rigor; febris acuta: Extremitates frigidę & liuidæ. Nam emortui est & extincti natiui caloris signum, frigus extremarũ partiũ & liuor in acutis febribus. Atq; hinc et factum est, vt huic ægrę deiectiones & vrinæ suppressæ sint, quod iam omnes fatiscerent functiones. Quo est verisimilius nec septimo mulierez, nec nono die expirasse. Neq; enim tantum spatij perdurare vires poterant tertio iam die symptωmata habentes, & notas naturę emorientis. Et Hippocrates, qui in tam acutis morbis solet, quæ vnoquoq; acciderent die, persequi, non cõmiteret vt tacitos diem quintum, & septimum p̃teriret. Quando igitur absoluto de tertio die sermone, quartum commemorat solum, omnia euasisse tum dicens grauiora, multo iam est clarius, non valuisse ad septimum vel octauum

Redditur
rū, ægrā po-
tius ī die
quīta q̄ in
sequentibus
perijsse.

diem vitam mulierem ducere. Nā nouas quidem conuersiones, quæ raro incidunt pp robur naturæ, cum ipsi non raro vidimus, tū vero in narrādis ægris scripsit Hippocrates: simulq; id hoc demonstrat & indicat, cōmodius habuisse ægrā. Nunc qn̄ tertio die vnā cū acuta febre extremæ partes algerēt, liuescerentq;, & vrina supprimeretur, vt non subiungeret: (Quarto die omnia euaserunt grauiora) omnino erat die quinto peritura. Quod ille cum adscripserit etiam affirmes securius, ita affectā sextum diem viuam non attigisse, multoq; etiamnum potuisse minus septimū vel octauū. Vnde iure mireris, qua ratione adscripserit ita ille, qui primus huius fuit rei author, notas, vt indicent octauo illam die defunctam. Quo ēt magis, qui Zeno & Herophilus vir nequaquam obscurus, adscriptas exponens notas in tertio libro morboꝝ Vulgarium, etiam ipse octauo die dicat hanc angina affectam perijsse, idq; huiuscemodi notis indicari : πι δ ε κ θ.

Harum

Harum notarum prima πιθανὸν, id est, probabile significat, quæ per π literam scribitur, mediam habentem lineam rectam ex vtraq; parte aliorum parallelorum, quomodo quidam nongentessimum numerum scribunt. Et semper in omnibus id ægris denotat præposita omnibus sequentibus notis. Quæ harum est postrema hoc loco mortem significat, quam litera θ denotat: in aliis ægris sanitatem, quam demonstrat litera υ. Penultima nota semper dierũ numerum, quibus propositus vbiq; æger in sermone laborauit, significat. Quæ vero inter hanc interiacent & omnium primam, declarant, cur sit confirmatus, vel perierit homo, caussam. Vt in hac, quæ laborabat angina, duæ sunt notæ; altera primam omnium sequens, cuius mediũ recta secat linea π. Ab hac alia atq; alia. Igitur quæ omniũ primæ succedit cuius secatur medium, elementũ est δ, a cuius oritur media deorsum tendente linea, alia recta linea deorsũ deflexa sicut ι scribimus. Sequens est lite-

θ. mortē, υ. sanitatē signat:

ræ ε nota. Atq; ex his deinceps indicari Zeno aluum inhibitã tradit, deorsum reflexo ꝯ omnia excrementa significã-te. Et vero sudoris ipsum etiam, nedũ vrinarum, aut deiectionũ esse signum affirmat. Et ε suppressioné vel repres-sioné eorũ, vtro libeat modo appella-re. vt signorum sit hæc tota sententia: Verisimile est deiectionibus suppressis octauo die obiisse mulierem angina la borantem. Quare vt dixi, miror, cum fideliora exẽplaria quintum diem ha-beant, huic lectioni etiã litera ipsa ε cõ sentiente, vt ostendi paulo ante, ipsum Zenonem tamen octauum diem scire scriptum: Eos vero, qui in illum dispu-tant, hac de re nihil meminisse: at de no tis illum reprehendere, q̃ secundã lite-ram nõ scripserit, & fecerit reflexam ꝯ, cum scriptura nõ ita habeat in tertio li-bro Vulgarium morborum: cæterum post primam notam ρ scriptum, vt illi autumant. Hic residuus iam sese lon-gus mihi sermo offert. Putaueris enim reuera has notas ęgris Hippocratẽ sub-

texuisse. siquidem aduersarij Zenonis ρ esse asserunt, nō deorsum reflexum 𝔉 scriptum. Verum si aduersariorum Zenonis libros legas, nec Hippocratis eē dicentium has notas, & librū quēdam extare Ptolemæi cognomine Euergetis, habentem suppositas illas a medico quodam Pamphilio genere, ex ciuitate Indica oriundo, de secta Cleophātia: audias præterea caussam, qua adductus libro has notas inseruit Mnemon, videantur haudquaquā sibi constare, qui Zenonem confutant, nec esse Hippocratis, nec esse sic illas notas scriptas, vt ille exposuit. Mihi vero quæ sunt hactenus dicta, vana videnť esse, nihilq; adferre lectoribus ad artis opera vtilitatis. quo properare, qui hāc meditatur, debet. Verum quia cum essent adscriptæ, visum est amicis, quibus morem gerens quibusda3 locis primi libri reprehendi malos interpretes ægroru3, vt vno certe huius libri loco aliquid de hisce notis adferrem, induxi animu3 vt facerem: tametsi non ignorem, qđ sem

et mihi

iuniorum scri
pta:

per dico, ſcriptos a iunioribus medicis commentarios cum tempus noſtrum corrumpere, tum nihil docere, quod intereſt medicinæ. Propter quos ego ſingulas ſeparatim medicas lucubratiões feci. Quas vero aduerſus ſophiſtas ſcripſi, quando has etiam ex vſu iuuenibus eſſe animaduerto, qui ab iſtis peruertuntur, eas item priuatim ſingulas: vt ſicui ſuppeditet tempus abunde, vt & has reuoluat, contra ſophiſtas, nõ ſecus ac hoſtes ſit ſuccinctus. Sic igitur nunc quoque, tametſi res ſit inutilis ad probe medicinã exercendam, quod ad has notas pertinet, non pigebit tamẽ totum percurrere, quandoquidem ita eſt amicis viſum. Sane enim puderet me, ſi ad eas me deflexiſſẽ nugas, niſi antea ego, quę referunt ad artem medicã, multis voluminibus omnia pertractaſſem, itaq; tandem ad Hippocratis deſcendiſſem enarrandos libros. In quibus artis diſcipuli nihil addiſcere noui valent, extra illa quæ clare & fuſe expoſui in lucubrationibus medicis, vt vel

mente cæcutientes ſermonem queant aſſequi. ſed hiſtoriæ cognitionem obti-nebunt, cuius gratia multi mortales in-terdum ſuſpiciunt quoſdam, qui artes aliquas tractant, homines qui multa le-gerunt retinueruntq; ſtatim artis etiam ducentes præcepta tenere. Nunc itaq; omnem de notis hiſtoriam exponam: quandoquidem hoc amici pariterq; fa miliares ſemel hic fieri ſtatuerunt opor tere. Hæc itaq; quæ ſum dicturus, tra-dita a Zeuxide ſunt primo in hunc li-brum cõmentario. Et quidem præſtite rit fortaſſis, quod ego facere in talibus ſolebam, qui hanc cupiunt hiſtoriã co gnoſcere, ad illum librũ eos remittere. Sed quoniam Zeuxidis cõmentarij nõ iam perinde grati, ſint infrequẽtes, ideo me voluerũt ea recẽſere, initio eius ab ipſo Mnemone ſumpto. Quidã enim eum aiunt, cum legendi gratia tertium accepiſſet Vulgarium morborũ librum ex magna illa Alexandriæ Bibliothe-ca, reſtituiſſe adulterinis adſcriptis ſimi li atramẽto & literis hiſce notis. Sũt qui

ex Pamphylia eum affirment deportasse, ac tanto fuisse regẽ Aegypti erga libros studio Ptolemæum, vt omnium appellentium ad se libros deferri iuberet, quos relatos in nouas chartas domi nis descriptos daret, a quibus in portuz inuectis ad se allati libri essent: allatos vero in bibliothecas reponeret, atq; inscriptiones erant, Ex nauibus acceptorum. Inter eos esse ferunt repertum tertium librum Vulgarium morborũ, titulo insignitum, sub correctore Mnemone Sidita. Quidam non esse inscriptum sub correctore aiunt, sed solũ nomen Mnemonis, quia & aliorum etiaz omnium, qui cum libris appellebant, regij ministri nomine reponendos in apothecas libros insigniuerunt. Neque enim ꝯtinuo eos in bibliothecas asportasse, sed prius in certis ædibus cumulatim deponere. Nã tanti studij ad veterum libros comparandos Ptolemæi illius, magnum esse argumentum referunt, rationem, quã habebat cum Athe niensibus. Qui quindecim pigneratis

argenti talentis, Sophoclis ab eis accepit, & Euripidis, Aeschyliq; libros, vt eos tantum describeret, & mox sartos tectos restitueret: magnifice cum apparuisset eos in pulcherrimis membranis, quos ab Atheniensibus acceperat, retinuit: illis misit, quos ipse instruxerat, orans quindecim talenta tenerent, acciperentq;, ꝙ veteres libros nobis commutasset. Quod si Ateniēsibus ne nouos quidem remisisset libros, sed veteres retinuisset, non erat, quod ægre ferrent, qui argentum hac lege acceperāt, vt hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros. Itaque illi simul & nouis libris, & argento sunt potiti. Quare Mnemon, siue ipse librum attulerit, siue ex bibliotheca accepto adscripserit, quæstus videtur gratia fecisse. Nam solum dicebat tenere se, quid notæ illæ interpretarentur. ita mercede eas exponebat. Quod si est, probabilius est librum in bibliotheca repositum, esse ab eo adornatum. Siquidem multo erat expositio ejus fidem habitura maiorem, si re-

gia haberet bibliotheca notas. Nam librum si domo deferret, suspectus erat. Nec vero scriptas dubitarem ab Heraclio, tum Tarentino, tum Erythræo demonstrationes adulterinas esse notas, cõmemorare, ni prudentibus existimarem hoc pro comperto esse, & festinarem ab hac loquacitate pedem referre. Quare ad vtile redeo, cuius caussa horum ægrorum historiam reuoluimus. Nam ideo putare mulierem esse defunctam, ꝙ suppressa excrementa essent, ridiculum sit. Neq; enim ob excrementa perijt illa inhibita, cæterum propterea illi contigit cõsistere excrementa, ꝙ extinctæ naturales essent functiones. Neque vero quia frigidæ erant & liuidæ tertio die partes extremæ, ideo obijt: sed ꝙ moreretur, factum est, vt & illæ emorerentur. Et ipse autem Hippocrates quasi vaticinatus adscripsit in exitu narrationis, angina perijt: tametsi statim initio prædixerat: Illi quæ angina laborabat, & apud Bitonẽ agebat. Sed additio ad finem illa, hoc demonstrat.

Perijt mulier hæc angina. Atque ita in Præſagijs ſcripſit de exitioſis anginis Hippocrates. Nam hæ primo die ſuffo cant ſtatim, & altero, & tertio. Quare propoſitam hic nobis mulierem oportebat ea de re tertio die obijſſe, cum extremæ partes liuidæ ac frigidæ eſſent, excrementaq; ſupprimerētur. Vnde viribus conijcias validis fuiſſe, itaq; attigiſſe quintum diem. Nam vt octauū, non potuit fieri. Sed de his ſatis. Quod ſi cogites, ſiue ipſe Hippocrates ſuſceperit mulierem hanc procurādam, ſiue inuiſerit vna cum medico eius, ſi nihil aliud, paruum cataplaſma certe imponeret, aut diaclyſma præberet illi. Probabile igitur eſt eū reliquiſſe recenſenda cum alia remedia ægræ adhibita, tū ſanguinis miſſionem: Solum vero clyſterem & balanum ſubditum, non extra ordinem, cæterum obiter ſcripſiſſe. Nam cum vrinas recenſeret, & vomitiones, & deiectiones: Adiungeret præterea earum ſuppreſſionem, vnde nihil æger excernebat per ſe: in his adſcripſit

Angina exitiales.

lege 138 et 130 193. 192

obiter simul cum excrementorum quãtitate, balani vsum & clysteris.

Quid queq; nota significet.

Equidem omnino statueraʒ ab hac importuna de notis loquacitate me referre. Sed quia integram familiares mei disputationem hanc quærunt, egoque bonam iam nunc partem exegi nugarum, faciam, vt quod superest, adiungam. Atq; constitueram, quemadmodum quæ nihil ad artem faciunt separatim solebam scribere: sic his librum dicare, ac separatim cõmentari abductum ab alijs, vt si qui velint etiam in huiusmodi esse curiosi, habeãt, quibus nugis inanibus vacent. At quia iam lõge processisse video secũdum hunc cõmentarium, & satis esset longum, vt reliquos nequeam ægros etiam hic exponere, ac pestilentem statum ordine hos sequentem cõiungere. Neq; enim dissecare mihi certum est tẽpestatis expositionem, vt partem eius in hoc peragam cõmentario, quod residuum est,

in proximo: ideo disputationem de notis hoc libro perficiam, vt pręcidā hunc nugarum aceruum. Si enim quæ attulerunt, qui scripserunt de his notis, hæc inquirere velim, & quæ recte sunt & secus dicta disceptare, non vno mihi libro ad hanc rem opus sit. Præcedit ergo, quod dixi, omneis, quæ per mediū habet lineam π, denotans semper πιθανὸν, id est, verisimile. Postremo vero loco aut υ videtur litera scripta esse, aut θ, hæc θάνατον, id est, mortē: illa ὑγείαν, id est, sanitatem significans. Ante has dierum est, quibus ægrotauit, vel periit æger, numerus. At quę inter has intercedunt notæ, omnes quidem sunt descriptæ ordine literarum, quas vocabuli elemēta significant excepto deorsum reflexo δ. At quā horum quodq; habeat significationem, demonstrabo. Igitur memoria tenendū nobis est notas, quæ vltimā pręcedunt (a qua mortem diximus, aut sanitatē, demōstrari) numerum dierum denotare. de cęteris; quæ inter has & principiū scriptæ sunt,

π. verisile.
υ. sanitas.
θ. mors.

orationem instituam. α internecionem, extinctionem. γ semini assimilem vrinam. δ reflexum, quale est quod in imo hoc habet modo scriptum, δ, sudoremq; aluum citam, habitus digestionē. Atq; vno verbo, vacuationē, quācunq; velis designare. ε, suppressionem, sedem. ϛ, quæstionem. θ mortē, vt est prædictū. ι, sudorē κ, iudicium, aut ventriculi affectum. μ, insaniam, vel vterū. ν, iuuentutem, & extinctionē. ξ, flauam bilem, & aliquid noui & rari, tum strigmentū, siccitatemq;. ο, dolores, vel vrinā. Quidam volūt, vbi impositū sibi υ habeat, tum significare ipsam vrinā, scriptum, vt solent τὸ οὔτως scribere. π, abundantiam, aut sputum, aut triticum, febremve, aut pulmonis vitium. Quod vero in se mediū habet ι (vt supra diximus) probabile significat. ρ, fluxionē vel rigorem. σ, conuulsionem, aut stomachi malum vel oris τ, partum. υ, sanitatē, vel præcordia. φ, phrenitim, vel tabem. χ, bilem, vel biliosum. ψ, frigus. ω, cruditatem.

Adolescentulum, qui in mendacium foro decumbebat, corripuit ignis ex lassitudinibus, laboribus, & cursibus insolitis. Primo die turbata aluus erat biliosis, multis, tenuibusq́;. Vrinę tenues, subnigrę, non dormiuit, sitibundus. Altero die omnia ingrauescebāt, deiectiones plures, intempestiuiores: non dormiuit, mente commotus, aliquantum sudauit. Tertio grauiter se habuit, sitibundus, fastidiosus, multum se iactauit, perplexus erat, delirauit, extremę partes liuidę, & frigidę, pręcordiorū utrinq; submollis contentio. Quarto nō dormiuit, malū crescebat. Septimo obijt. Annū ętatis circiter uigesimum agebat. Aegr. 5. periit

Coepisse huic morbum dicit ex lassitudinibus comitibus insolitarum exercitationum. Scimus enim labores illuz nominare exercitationes: sicut lassitudines, corporis affectum, in quo si pa-

rum modo moueantur, tentionis sensus vel vlcerosus illis fit. At laboribus quia cursus adiunxit, superfluo labores adscripsisse videtur. Cōtinentur enim, vt genus in specie, in cursibus. Vnde quidam ἀντὶ τοῦ πόνων, πότων, id est, pro laboribus, potibus scripserunt, conuerso primo ν secūdæ syllabæ in τ. Reliqua narratio tota eorum, quæ inciderunt adolescentulo, exemplū sunt acuti morbi in ætatem maxime iuuenum cadentis. Alia igitur symptωmata, morbi sunt acuti. Sed vnde periculum præsagias, vel mortem. Primo, quidem die relatæ sunt nigræ vrinæ. Secundo die, parum sudauit. Tertio multū se iactauit. at omnibus diebus, nihil plane dormiuit. Atq; hæc quidē periculosa sunt. Extremæ vero partes tertio die liuidæ & frigidæ in acuto morbo letales sunt: atque adeo hac ætate. fiunt enim vel ex nimia inflammationis intestinorum magnitudine, vel natiuo extincto calore. At enim de præcordiorum contentione submolli iam ante diximus, ten-

Frigus, et liuor extremorū ... 55. et 78. et 192.

ſionem citra tumorem Hippocratem innuere iſta dictione. Oſtendit autem ea contentio nullum de externis corporibus, qui muſculi ſunt abdominis, inflammatione obſideri: Verum aut ſeptum tranſuerſum, aut iecur, aut lienem. Nam periculoſa inter cætera hæc ſunt. Mortis vero apertum ſignum eſt, extremarũ partium liuor & frigus, quæ tertio die in morbo acuto, & ætatis vigeſimo anno accidũt. Quod ſane fuit in cauſſa, vt ad ſeptimum viueret adoleſcens. Potuit etiam alia de cauſſa, ꝙ validis eſſet viribus, non propter ſolaʒ ætatem. Itaque ex huius ægri hiſtoria, qui capi fructus poteſt, hic eſt. Nam inueſtigare, qua in ciuitate vocetur aliquis mendax locus, vt Athenis aſtutorum forum eſt appellatum, & quæ id genus in ſingulis ægris alia quidam interpretes ſcripſerunt, ſi quid in ijs ſit, qđ ad artis opera faceret, non prætermitterem. Acutum hoc inter præcedẽtem & proximum inferiorem eſt ſcriptum, quod poſſit attribui vtrique: ꝙ vterq;

Præcordiorum submollis contentio:

videatur acute ægrotasse. Verum quia in superiore ægra, quæ angina laborabat, est adiectum, angina: certisq; aliis ægris eius generis quiddam ad exitum narrationis est adscriptum, quo historiæ vtilitas sit cōspicua, probabilius est priori ægro acutum esse subditum. Potuit etiam, qui notas adiecit, itē hoc addidisse. Nos paulo mox in ægro ordine decimo de eiuscemodi additis scripturis plene agemus.

De *notis* Prędicto *ęgro adiectis.*

Quia cōsultius puto esse in tertium cōmentarium reseruare tempestatē pestilentem, subtexam nōnulla prędictis, quæ in ɔtrouersia apud Medicos sunt de asscriptis signis huius adolescētis historiæ septimo die defuncti. Zeno nāq; has scripsit notas. Præ omnibus π per medium lineam rectam habens, quod verisimile semper significare docuimꝰ. Secūdum ξ, tertium deinde ρ, quartum θ. π̄ι.ξ.ζ.θ. Igitur ζ septimū diem aiunt denotare, θ mortem, Sed hæc sunt in

omnibus communia: vero, nouum vult indicare. Nouum fuiſſe adoleſcenti aiunt, in narrationis initio ex laſſitudinibus & curſibus inſuetis eum incidiſſe in morbum. Atq; Zenonis de ſigno quod ſignificat veriſimile diſſenſiões, quandoquidem omnibus ſunt cõmunes ægris, paulo poſt, ſi viſuȝ mihi erit apponam. Prius queſtiones de hoc ægro priuatim iactatas videamus, quod de re ille medica mouiſſe controuerſiã videatur. Nam cum conſcripſiſſet Zeno, vt antea memini, de notis non paruum volumen, ac alter illo maius aduerſus eum empiricus Apollonius cognomẽto Biblas, poſtea & ipſe ſcripſit defuncto iam Zenone de notis librum non ſubiectas ſoluȝ culpans, ſed corollarium addidit, quo inſectatur Zenonem. Nam ita inſtituit reprehenſionẽ, vt contra illum, qui quæ recte ſint a Mnemone concinnatæ, non valeret interpretari, ſed vbi probabili deficeretur ratione, notas, quo commodius exponeret, conuertiſſet. Neq; libruȝ in regia

bibliotheca inuentum, neq; illum ex nauibus, nec quem ædidit Bacchius, habere ad eum modum notas, vt i hoc scripsit adolescente Zeno, affirmans. Enimuero in hanc miror importunitatem potuisse Tarentinum Heraclidem impelli, & quidem in perpetuum studentem interpretationes ad vtilitatem referre. Hic vero contendere magis cũ Zenone videtur, quam spectare vtilitatem. Exponit ergo notas, non temere ʒ ante vltimum θ scriptum esse: alterum, quod huic est præpositum, denotare ait, quærenduʒ esse, cur septimo die interierit, cum accessiones haberet diebus paribus. Nam erat probabile, vt ipse dicit Hippocrates, morbi iudicium diebus accessionum fuisse. Nam quorum, inquit, diebus paribus fiunt accessiones, horum fiunt etiam iudicia diebus paribus. Quorum vero in imparibus, horum item imparibus diebus iudicium. Nam continetur & mors in iudicij communi significatione. Atq; de notis sic statuit Tarentinus. Attẽ

damus iam, ecquid adferat præclari. Nam quod mors fere in dies accessionum incidat, rarũq; sit diuersum exemplum fatendum est, & concedendum verum esse Tarentino. Non videtur habuisse hic tamen diebus paribus accessiones. Quippe primo die Hippocrates, quæ initio morbi acciderunt, descripsit. Sub hunc, inquit, omnia ingrauescebant, propter morbi, qui acute mouebatur, incrementum. Itaq; tertio die magis intentum morbum indicat esse. Nam cum in secundo die prædixisset, non dormiuit, mente commotus erat: tertium diem exponens scripsit primũ, grauiter se habuit, quod primo die nõ scripserat. Ab hoc sitibundus, deinde fastidiosus, mox multũ se iactabat, postea perplexus erat. Quorum vel vnũ, si tertius dies haberet, posset ipsum secundo peiorem ostendere. Nam vna nocte non quiescere, mentisq; turbatio, assidue in acutos morbos citra insigne discrimen incidere cernuntur. At q̃ sunt de tertio die scripta, fuerunt peri

Mors ut plurimũ fit in dieb. accessionũ: —

culosa vniuersa. Præterea tertium ideo secundo peiorem esse dicit, quod secú do die scripserat, mente cómotus erat. tertio die, cum alia sympt ωmata, quæ paulo ante retulimus, cómemorat extitisse, tum vero mentem fuisse non iaz turbatam. Quippe parum id quidem sit: cæterum delirasse ait. Quam ob ré cum ipso hoc symptωmate videtur secundo perniciosior tertius fuisse: tum quod addiderit inibi, præcordioruz sub mollem tentionem, quæ antea nó sub erat, coniectes hinc secundum illi cómodiorem fuisse. Nanq; viscus antea malo vacans cum cœperit laborare, illum esse prioribus peiorem significat. Ac præter omnia, quæ commemorata sunt, pnitiosissima symptωmata eo die apparuisse videntur, frigus partium extremarum liuorq;. Quo maior, vt paulo ante dixi, admiratio subeat, quid ni adolescens perierit die quinto. At eniz dicat aliquis, Tarétinú defendens, consequitur prædicta. Quartum septimi esse decretorium, ipse docuit Hippocra

tes, propterea quod bonorum aut malorum, quæ dies ille attulit, euentus nõ minus: sed magis septimo die quam sexto eluceat. Qua igitur ratione, dicit Tarentinus, probabilius erat sexto die defunctum esse adolescentulum, posteaquam accessiones haberet diebus paribus. Nam tertio die plurima ex dictis symptωmatibus illum videntur tẽtasse: die quarto autem creuisse. tum sustinuisse se, & repugnasse ad septimum diem. Quia forte firmis natura viribus erat, & vero etiam per ætatem. Nam hæc illum si defecissent, quinto die expirauisset. Quare equidem Tarentinũ censeo insectandi citius studio Zenonis, quam rei sedulo excutiendæ huc descendisse. Idem Apollonius fecit, qui item diligenter literam ς secundo inter notas loco positam exponit. Quem sunt multi secuti alij, maxime cum q̃ medicum aliquod præceptum dicat se vtile exponere citra notas: tum quod eius dictis illi fidem haberent. Hac siquidem de re adolescentem ait obijsse

ſe,quod præter morem laſſitudines,la bores,& curſus obijſſet. Ego vero affir‑ mauerim labores & curſus, ſiquidem hoc nomine plures exercitatiões ſigni ficantur,non præcedente morboſo cor poris ſtatu,haudquaquá potuiſſe mor tem inducere. De potibus, vt quidam volunt,nam ſic dixi eſſe qui corrigant hoc quidé in adoleſcentulo, quid certi dicam,non habeo : quod nec genus, nec modum teneam iſtarum potionũ, cum hæc multum referant. Siquidem etiaʒ differunt ipſo tempore potiones. Quædam enim diebus duobus & tri‑ bus,aliæ permultis fiunt.ipſiuſq; quo‑ tidiani hauſtus menſura haud parum intereſt. Potionis ad hæc qualitas : hi enim meraciorem,illi ſumunt dilutio‑ rem ;nonnulli temperatam. Sunt qui frigidam,alij calidam.atq; harum vtrã q; aut de more,aut inſueti biberunt ali quando. Huic accedit non parua ip‑ ſorum vinorum in genere ac tempore diuerſitas. Neque enim eundem effe ctum vinum nouum ac vetus habet:

Cã exteriores, abſtichbus interioribus, mortẽ nõ induꝫ cat loquendo … nõ natibus

Diuerſorũ vinorũ diuerſi sũt eff[ectu]s:

neq; crassum, ac tenue: nec album, atq; nigrum: nec odoratum, ac fœtidum: nec item austerum atq; dulce. Quare vt dixi, de offenso per vinum adolescente nihil habeo firmi statuere, nisi hoc omnium est vinorum immodico vsui commune, quod neruos tentet & mentem. Sed horum tamen solennis noxa non dominabatur in huius adolescentuli morbo. Neq; enim conuellebatur vel tremebat, vel infestabatur phrenetide. Quare & scripturam potibus minus puto conuenire. Sane magis est consonum adolescenti cruditates præcessisse etiam fortassis in ventre: sin secus; in venis quidem certe. Vnde plurimi coacti sunt crudi humores, vt testantur vrinæ, & aluus, tenuis illa quidem, verum non biliosa tamen. Nihilominus videtur biliosi quoq; humoris aliquid in toto contineri habitu corporis, comitis laborum, quos subierat. quibus est verisimile etiam delirium quoddam successisse & febrem.

Aeger 6s. interijt;

Apud Tiſamenum mulier decumbebat, detinebatur voluulo, ciebantur multę vomitiones, potum non continebat, pręcordia dolebant, et infra, ſecundum ventriculum. tormina ꝑpetua: non erat ſitibunda, incaleſcebat, extremę partes perpetuo frigidę. faſtidioſa, inſomnis. Vrinę paucę, tenues. deiectiones crudę, tenues. nec erat remedio locus, defuncta eſt.

voluuli Symptomata

Male ſcribunt quidaꝫ in hac muliere ὑλεώδεα per υ, cum ἰλεώδεα ſit per ι ſcribendum. ἰλεὸς enim. i. voluulus appellatur affectus, cuiꝰ habuiſſe ſymptωmata ſcribit mulierem: multos vomitus, potum continere non poſſe, dolores eſſe ad præcordia, & tormina cuꝫ doloribus in vẽtre: Quæ ad voluulos adiuncta ſunt omnia. Quod poſtea ſcripſit, non eſt ex his, quæ eos comitẽtur, cæteꝝ ex illis, quæ malo in peius tendenti ſuperueniunt, potiſſimuꝫ per

petuo esse extremas parteis frigidas, p
nitiosum item fastidiū est. Quin & vri
nas adscripsit, tametsi in venis non cō
tineatur & succis affectus, veꝝ in inte
stinis. Quod cū in his cœperit magna
inflāmatio, prædicta incidere symptω
mata soleant: vocatur autē voluulus
affectus. Parua igitur ex vrinis, vt sint
bonæ, salutis sic habentiū est spes: sed
non paruum ad exitium momentum,
si malę sint. Nam cū, qui eo modo af
flictantur pp intestinoꝝ inflāmationē
in præcipiti sint, si aliud videat̃ præte
rea esse in corpore vitiū, increscet ægro
malum. Atq; sic consueuit Hippocra
tes, vbi aliquod instrumentum sit spiri
tus læsum, inspicere vrinas. Quę si bm
naturā habeant, in solis spiritus instru
mentis versatur periculū. Sin hæ quoq;
paruæ appareant, offensum iam signi
cant etiam nutritionis instrumentum.
quomodo nunc, quanq; sit affectus vē
ter, eiusq; ex deiectionibus perspiciat̃
malum: nihilominus vrinaꝝ fecit men
tionem, vt tenuium, quæ succoꝝ signi

ficant in venis cruditatē. Atqui vrinas
ſemper memineris, vt ſimul inſpicias,
in vetris affectibus, thoracis, pulmonis,
neruorumq;. Nam bonæ ſi appareant
multum valent ad ſalutē: contra ſi pra
uæ, amplificant ſimul ægri periculum.
Et cum ſit omnis periculoſus voluulus
qui in ſublimibus inteſtinis cõſedit, his
ſunt deteriores, qui in craſſis, vt qui cõ
tagio iecur afficiāt & lienem. Diſcernes
eos vomitionum aſſiduitate, & vehe-
mentia, & quod potũ reddant. Adhuc
magis ex eo, quod nihil per aluum de-
ijciatur. Præterea tormina & dolores fa
ciunt ad notitiam, quando teneāt hi al
ta inteſtina. Qui ſtercus ſi vomant (ad
uertitur enim hoc etiaꝫ fieri) clariſſimũ
ſit ſignum tibi, eſſe ſubtilia inteſtina af
fecta. Eſt autem acutiſſimum hoc ma-
lum: quare id hic propoſuit Hippocra
tes, ſimulq; adſcripſit, Nec erat reme-
dio locus. Sed mihi hoc fac memoria
comprehendas ad commentationem
de ſanguinis miſſione. cum enim nul-
lum ſcripſit aliud remedium in ægris

horum librorum, tum nec illam: non quin præſto fuerit laborantibus auxilio, ſed quod adſcribere auxilia ſingulis ægris non oporteat. niſi quid forte noui inciderit, vt in eo, cui fuit octauo die ſanguis detractus. Porro diem præterijt, quo hæc ægra decedebat: vt quæ ſecundo ſtatim die moreretur, aut longiſſime, vt erat acutus morbus, quod in narratione ipſe dicat, tertio. 7

Quędam mulier abortione infantis primo die igni eſt correpta, lingua torrida, ſitibunda, faſtidioſa, inſomnis. aluus erat turbata, multis, tenuibuſq;, & crudis: poſtridie riguit, febris acuta, aluum copioſe reddidit, non dormiuit. Tertio die intendebantur dolores. Quarto delirauit. Septimo interijt. Aluus erat perpetuo lubrica, eiuſq; multa, tenuia, cruda excrementa. Vrinę paucę, tenues: febris ardens.

Si qua de cauſſa externa mulieri

Abortus ex vitiosorum succorum collectione

huic abortire cōtigisset, declararet Hippocrates. Ita ex morbo cōstat, vitiosis collectis humoribus, abortijsse. Adiunxit huic, ex abortione dictionem infantis: indicans, ni fallor, hoc adiecto paruum fuisse elisum partum. Appellant enim homines infantes, pueros nō ita dudum natos. Quare per metaphorā videtur Hippocrates valde pusillos fœtus sic appellasse. Quippe hi potissimum eijciuntur. Acutam fuisse & magnam febrē, cū quod dicit, igni est correpta, significat: tum quod addit, Lingua torrida, sitibunda. At vero fastidiosa, febris demōstrat, qua tenebatur, malitiam. Attende diligenter deiectionum speciem. Nam cū scripsit, aluus erat turbata, multis, tenuibusq; & crudis, tametsi ipse in fine narratiōis dixerit febre ardente illam laborasse, memineritq; febris, quę die primo cœpit, atq; ingrauescebat secundo die: tum addiderit, lingua torrida, & non dormiuit, ac sitibūda erat: cruda tamen aluum ait fuisse. Iam ardentem febrem ex humoribus

ñaſci bilioſis ſcimus. Igit̃ conſentaneũ eſt in tota mole corporis huic mulieri bilioſum fuiſſe aceruatum humorem: in primis autem venis lactium & ſimis iocinoris cruda contenta. Iam etiã vrinas illi⁹ crudas dicit fuiſſe, iuxta ac crudam aluum, non ſolum in p̃mis venis, ſed & in gibbo iocinoris crudis humoribus abundantibus. Porro febris ardẽs in fine narrationis huius ægræ adſcriptum eſt in multis exẽplaribus. Quædam non hoc habent tm̃ ſcriptum, ſed adiectum etiam α. Itaq; ſuſpicamur, aut primam hanc ægram ardẽte febre fuiſſe correptam, aut primam eſſe ſpeciem huius ardentis febris. Quod deinceps ſcriptum eſt, ſecunda in muliere, de qua ſic orditur: Alterã ex abortione: Ego in octauo ęgro, cuius eſt p̃ncipium: Adoleſcentulum, qui in mendaciũ foro decumbebat, plenius oſtendi me de hiſce adſcriptitijs verba factu rum cum decimum ægrum enarrarẽ, p̃ſtaboq; nũc: duobus de cauſſis ſuſpicans ab alio eſſe, nõ ipſo authore hoc,

Bilis, & crudor, mipera, ubi.

Cruda urina, Cruda alvus: —

ardens febris adſcriptum. Primum quod non vni ægro aut alteri morbi formam ſubtexeret ad exitum narrationis, ſed ſiquidem & has nos docere, volebat vt quidam fecerunt eius ſucceſſores, omnibus, aut plurimis. At ille ſcilicet tanquam his qui cognoſcere morbum valerent, exponit ægrorum accidentia. Videas item alios veteres in lucubrationibus ſuis non reſpicere hos, qui dudum ad libros acceſſerunt, ſed qui iam in illis profecerunt. Hanc meam ſententiam, vltra id quod dixi, hoc præterea confirmat, quod tertio demum Vulgarium morborũ libro adſcriptæ ſint. Omnibus igitur, qui hunc ſunt librum interpretati, pbabatur ab alio, qui notas illas ſententiam complectentes adſcripſit, etiam hæc eſſe adiecta. Nam in muliere quidem angina affecta concedas ſane eſſe ab Hippocrate adſcriptum, angina perijt, qui ex ipſa angina vellet perijſſe mulierẽ. In hac quæ nũc dicitur obijſſe, non poſſis ita accipere. Nam vt dixit: Septimo interijt, ſubie-

est: Aluus erat perpetuo lubrica, eiusq; multa, tenuia, cruda excrementa. Vrinæ paucæ, tenues: mox adiectum est febris ardens. Nõnullis ẽt α est additũ. In quibusdam pro eo scriptum est prĩma: In aliis primo. Omnino enim hũc librum hisce adscriptis multi contaminarunt iuniores medici. Clarum est ergo, non vt in illa, quæ angina laborabat, ad calcez adiecit, perijt angina: eodem modo cõuenire esse hic adscriptũ febris ardens. Neq; enim dixit, perijt ardente febre, sicut in illa, quæ angina laborabat, perijt angina: sed hoc febris ardens recto casu scriptum offenditur. Inter hoc & perijt interiacent: Aluus erat perpetuo lubrica, & quæ sequuntur. Quando itaq; nec exanimata est ex ardente febre, nec prorsus inter se cohærent: constat ab aliquo esse adscriptum, non ab ipso scriptum Hippocrate. Potuit etiam quis adscripsisse sibi, sicut solemus talia in marginibus commentariorum memoriæ gratia adscribere, postea aliquis, qui exscriberet

hunc librum, in contextum, quasi authoris esset, transtulisse. 8

Aeger 8. perijt;

Alteram ex abortione ad quintum mensem Oecetai vxorē ignis corripuit. Primo sopore premebatur, rursusq; in somnis erat, lumborū dolor, capitis grauitas. Secundo die venter turbatus est, ac excreauit pauca, tenuia, meraq; primum. Tertio die plura ac peiora, nocte nihil dormiuit. Quarto delirauit, metus, mæstitia, dexter oculus erat distortus. Sudor secundum caput paucus frigidus: extremitates frigidę. Quinto cuncta euaserunt grauiora, multum delirauit, statimq; ad mentem redijt, sitis, uigilię: deiectiones toto morbo multę & merę. Vrinę paucę, tenues, subnigrę, extremę partes frigidę, subliuidę. Sexto eadem erant. Septimo mortua est, phrenetica.

Quam

Quam ante hanc deſcripſit, infantem adhuc paruũ eliſit. Infantem paruum interpretare, inquam, vnius menſis, aut bimeſtrem, aut longiſſimum trimeſtrem. At hæc nunc nobis propoſita quinto menſe abortiuit, ne ipſa quidem externa de cauſa, ſed ex corporis vitio. Cum enim vehemẽtius ſalierint, aut ſubito horrendi quid conſpicatæ timuerint, mulieres abortiunt. Eſt cum ex dolore, vel ex inſigni cruditate, vel ex medicato quopiam cibo; vel puri potione medicamenti, vel ꝙ inſit aliquid abortiui. Iam etiam propter ſanguinis miſſionem, & ſanguinis ex vulnere profluuium, aut ex nimia hæmorrhoide quædam abortierunt. Noui etiã quaſdam, quæ ex vuluæ ceruice profuſo ſanguine prægnantes iam diu, tandem partum eiecerint. Quorum accidiſſe mulieribus hic ab Hippocrate deſcriptis nihil, vel hinc conſtat, ꝙ nõ addiderit in narratione earum, cum omittere ea non ſoleat. Non ergo febricitarunt, quia abortierant: immo contra, ꝙ

Saltus, & timor, abortus causæ.

ABORTVS VARIÆ ca

febricitarent, ideo abortiebant. Videtur vero ex hac muliere inductus Prædictionũ author hoc modo dixisse: Qui sopore initio tenentur cum capitis, lumborum, præcordiorum, colli dolore, nõne sunt phrenetici? Potuit etiam alteram vel alterum ita vidisse affectum. Hanc itaq; dicit mulierem oppressam sopore fuisse, rursusq; insomnem; & laborasse capitis grauitate, & lumborum dolore: nihil de collo tamen addidit. Item ventrem ait conturbatum fuisse, & excreuisse tenuia, & mera, nec addidit hic præterea quicquam de colore illorum. Possunt enim mera, pallida, flaua, rufa, rubra, virulenta, & nigra deijci. Nempe enim mera scimus illum appellare, quę natiuum colorem retinent nullo humore confusum alio. Si conijciendum est, biliosa exierunt mera, hoc est, vel flaua colore, vel rufa. Nam virulenta, & nigra addito colore proferre, & huic & alijs Medicis familiare est. Et nos quoq; citra adiunctum biliosa solemus deijci dicere, de flaua bile eam

vſurpantes dictionem. Excrementa vero virulentæ, vel atræ, vel alterius bilis, non dicimus ſimpliciter bilioſa, ſed coloris ipſis diſcrimen addimus. Quæ cõſuetudo in omnibus obtinuit, quòd ſemper euomatur & aluo reddatur pallida & flaua bilis etiam ſanis, nedum ægris. Contra raro aliæ, atque his demum, qui tenẽtur morboſo aliquo affectu. Quare quod dixit in narratione tertij diei, Nocte nihil dormiuit: febris autem ardentis amplius mentionem non fecit, innuit mox deliraturã. Proinde ſub hæc merito dixit: Quarto delirauit, metus, mœſtitia, dexter oculus erat diſtortus. Præterea ſudor ſecundum caput paucus, frigiduſq;, cum eſſe iam mulierem oſtendit phreneticam, tum habere admodum incõmode. Cum vero etiam ad ſigna prædicta & ſymptωmata accederet extremarum partium frigus, magis etiam morituraʒ expectes. Itaq; mortua eſt, quinto & ſexto die, vt poſtulabant ea ſymptωmata, affecta. Quæ vero in pdictionibus

tradita sunt veluti horum testimonia, etsi ante in commentarijs, quos in illuz librum scripsi, q; sint absurda demonstraui: commemoremus tamen illa memoriæ gratia, q;uis ista scribere sumus deprecati. Cum igitur sit in Prædictionibus dictum: Ex lumbis ascensum sequitur distortio oculorum. Ideoq; huius admonet mulieris, vbi verba de ipsa faciunt in Prædictionum libro, quo loco hoc caput tractant. Quę sunt omnia, vt ostendimus, absurda. Scimus. n. prorsus malum esse signum distortionem oculorum, siue ex eo fiat, q; ascēsus fiat ex lumbis, siue qualibet aliter. Improba etiam est doctrina, & aliena ab Hippocratis verbis. Neque enim ex lumbis ascensum diceret. sed vt in Præsagijs in hoc capite: Dolores, qui cum febre lumbos tenent, & imam regionē, si septum transuersum attigerint, inferioresq; partes reliquerint, exitiales admodum sunt. Atqui non est, qui in hac ægra ad caput sublatos esse possit abūdantes in lūbis probare humores. Atq;

Oculor[um] distortio sp[er] malu[m]:

vt temere hæc quidã interpretes dixerunt, ita hoc ex Prædictionibus caput male his accommodant, quæ exposita sunt de hac ægra. Ventris prærubra proluuies, cum in omnibus mala est, tum in propositis maxime. Cum non dixerit Hippocrates fuisse prærubram huius mulieris proluuiem ventris. Multo
» etiam absurdius hoc citant caput: In fe
» bribus ardentibus cum aliquanto frigo
» re venientibus, & deiectionibus cum
» aqua biliosis, multisq;, oculorum lippi-
» tudo cum alioqui malum est signum,
» tum maxime si catochi fiant. Qui nihil aiunt referre catochen dicas, an soporem: ignorantes ipsum Hippocratẽ a vigilante dirimere profundum soporem: Itaque profundum soporem aliquod habere cum catocha, vt vocant Archigenes & Philippus, consortium: non vigilantem. quem hanc dicũt mulierẽ in principio morbi corripuisse, nõ quo tempore oculus est distortus. Porro mireris etiam hoc eorum, qui vtrũq; caput attulerunt ad exponendã hanc

CATOCHE

prof. sop.

ægram, in quo ait, ventris proluuies prę rubra. Et deiectionibus cum aqua biliosis. Neutrum eorum de hac muliere scripsit Hippocrates. Neq; quasi scriberet vtrūq;, exponunt. Præterea eadem deiectio prærubra esse, & cum aqua biliosa nequeat. Adijciunt alia etiamnũ capita multa vicissim alterum per altęrum pdictiones & ægros in morbis vulgaribus interpretãtes. Sed omnia reprehendere, vbi lapsi sunt, non est huius loci, quandoquidē aperte simul & absolute istarum interpretationũ vitium in cõmentarijs in Prędictiones aperuimus. Phrenitis: Et hoc est de asscriptitijs, vt ante, febris ardens: quippe quod non habeatur in omnibus exemplaribus. Neq; enim in alio ægro tale quid asscripsit, nec instituerat hic morborum tradere discrimina: sicut inuenias in libris conscriptis de morbis. 9

Mulierem, quę decumbebat in mendacium foro, primum enixam cum dolore masculum, corripuit ignis. Initio

Æger. 10. decumbens

ſtatim ſitibunda, faſtidioſa, cor illi dole
bat, lingua arida, uenter turbatus te-
nuibus paucisq́;, non dormiuit. Altero
die aliquantum riguit, febris acuta, mo
dicus ſecundum caput & frigidus ſu-
dor. Tertio cum dolore deſcēdit aluus
cruda, multa. Quarto riguit, omnia ir
ritata ſunt, inſomnis. Quintum diem
laborioſe tranſegit. Sexto eadem erant,
aluum reddidit humidā, copioſam. Se-
ptimo riguit, febris acuta, ſitis ingens,
ſe iactauit. Sub ueſperū per totum cor-
pus ſudauit frigidum. frigus partium
extremarum, nec redibat illis calor. Ite
rumq́; nocte riguit. extremitates calo-
rem non recipiebant, non dormiuit, nō-
nihil delirauit, ſtatimq́; ad mentem re-
dijt. Octauo circa meridiem redijt ca-
lor, ſitibunda, ſopore oppreſſa, faſtidio
ſa: uomuit bilioſa, pauca, flaua, nocte

grauiter se habuit, nihil quieuit, multū affatim minxit, inscia. Nono omnia fuerunt remissa. sub uesperum eam sopor tentauit, aliquantulum riguit: uomuit amara, biliosa. Decimo rigor, febris accessit, nihil dormiuit. mane multam, in qua nihil subsideret, reddidit urinam. extremę partes receperunt calorē. Vndecimo uirulenta, biliosa uomuit: non multo post riguit, rursusq; extremę partes frigescebant. Sub uesperum rigor, sudor, multum uomuit. nox grauis fuit. Duodecimo uomuit multa, nigra, fœtida, singultus multus, sitis laboriosa. Tertiodecimo nigra, uirulenta uomuit, rigor, circa meridiē mutta. Quartodecimo die sanguis de naribus, defuncta est. Huic perpetuo uenter erat lubricus, horrebat, annum ętatis agebat ad septimumdecimum.

Siue Athenis in Aſtutorũ foro de-
cumberet hæc muliercula, ſiue alia in
ciuitate, alijs permittimus inueſtigare.
Nos quæ per totum acciderunt mor-
bum, attendamus, a quibus illa nõ po
rat ſuperſtes eſſe. Siquidẽ ab initio om
nia funebria erant. Ac magis mireris,
qui factum ſit, vt diem quartumdeci-
mum potuerit attingere. Sed ideo, quã
tum cenſeo, ad finem eorũ, quæ ei acci
derunt, addidit: Annum ætatis agebat Aetas
ad ſeptimumdecimum. Conſtat etiam
præter ætatis robur, eam fuiſſe ſua ſpõ
te naturæ non infirmæ; alioqui nõ per-
duraſſet. Nam cum neq; aliud illi quic
quam accideret ſalubre, ac ſecundo ſta
tim die riguiſſet aliquantulum, & acu-
te febricitaſſet, tum ſecundum caput ſu
daſſet nonnihil & id frigidum: deinde
eſſent die quarto irritata omnia, dieq;
ſeptimo iterum riguiſſet, ac lingua ina-
ruiſſet, febricitaſſetq; acute: iamq; vltra
ꝙ extremæ partes frigidę illi eſſent, etiã
non rediret his calor, qui illa non aut
nono die, aut vndecimo ſit necessario

mortua? Produxit itaq; vitam ad diem quartumdecimum propter ætatem & naturæ robur. quæ idem robur ostendit concitando quartodecimo die sanguinis profluuio. Sed enim morbo maximo nõ erat sanguinis profusio discutiendo. Morbi vero magnitudiné cum alia aperuerunt symptωmata, tum vomitionum nigrarũ graueolentia. Nam semper exitiosa, quę fœtent, sunt. Vnde etiã in Præsagijs ipse dicit: Putres omnes & graues odores quauis in vomitione mali sunt. Quod in fine est ascriptum, febris ardens, perinde est, ac id, quod in superiore ægra ad exitum scriptum erat, absurdum.

vomitus fœtidi sp exitiales.

Cõmentarii secundi Galeni in tertium Hippocratis de morbis vulgarib⁹ librũ, Hermanno Cruserio Campensi interprete finis.

Hactenus Status Epidemicos, malignos tn, potius q pestilẽtes discripsit Hipp. hoc 1 com. pestilẽtes recenset.

GALENI IN TERTIVM HIPPOCRATIS de morbis vulgaribus librū Cōmentarius tertius Hermāno Cruserio Cāpensi interprete.

Præfatio Galeni.



Via ſtatum hic peſtilētem Hippocrates deſcribit, quę ad interpretanda ea, quę dicturus eſt, conferunt, ſuperius a nobis elaborata, hic ſummatim cōmemorabo, deinde ad eius accedam verba. Primum, ſtatum ab eo ſolere, non temperamentum tantum aeris præter naturam, ſed etiam omnē cuiuſuis rei formam ita appellari recordemur. Deinde mutationem eius præter naturaʒ in cauſſa eſſe, cur corpora noſtra corripiātur morbis. Ad hæc ad memoriā illa re

lib. 3. xv. uocemus, quæ scripsit in Aphorismis in hæc verba: Ex anni autem statibus (quod in totum dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores, & minus letales. xvj Morbi vero in pluuijs statibus magna ex parte existunt, febres longę, alui profluuia, & putredines. Iam ea quoque, quæ, cum principium interpretarer secũdi libri Vulgarium morborum scripsi, ad memoriam reducamus. Horum, quæ retuli, si qui retinuerit, ac nauiter ea legerit, ad horum interpretationem, quæ nunc sunt nobis proposita, adsit.

STATVS I

Annus austrinus, pluuius, a uentis in totum silens.

Primo libro morborum Vulgarium tempestates treis descripsit. Hic vnam duntaxat, hanc quam nos hic interpretari instituimus. Et vero etiam secundo morborũ Vulgarium, sunt scriptæ alię: quem tamen cõscripsisse, quo ederet, vt primum & tertium, nõ videtur. Nec vero præscripsit mox ab initio ijs in li-

2° Epid: libro lege:

Hic status quidam pestilens describit.

bris narrationi eorum, quæ acciderant, ſtatus: ſed aperte narrare auſpicať quæ animaduertiſſet in morbis, qui viguerant, & in aeris temperamento. Itaq; in
» Thaſo, inquit, Autumno circa æquino- fol. 6.
» ctium, & ſub Vergilias, multum pluit,
» continenter, & leniter flante Auſtro. Itidem duos auſpicatus eſt ſequentes ſtatus. At in præſenti ſtatus nomen in omnibus fere exéplaribus habetur: nõ tamen quo hæc loco acciderint, ſignificatur. Peſtem ſiquidem, quæ multarum fuit gentium communis, hoc libro reddit. In exemplaribus, quæ, vt legebat Dioſcorides, habent, non ſolum ita eſt ſimpliciter ſcriptum, ſtatus, ſed additum eſt, calidus & humidus, atque in medio ſpatij quod lineas interſecat, totum hoc ſcriptum eſt, ſicut in alijs exéplaribus ſolum ſtatus. Inuenias quædam, quæ ne hanc quidé in medio habeant inſcriptioné, quædam item, quæ nihil plane. Vnde non eſſe inſcriptionem ſuſpiceris Hippocratis, ſed forte illorum, qui ægrorum hiſtorijs ad finem

Quid hoc in lib. agat

ñotas adſcripſerunt. Verũ hæc vtcunq; ſe habeant, nec vlli fraudi ſunt, nec vſui vel ad præſagiendum, vel curandum. Ad ea itaq; exponenda, vnde aliquid cómodi prouenit, cõuertamur. Annus auſtrinus, pluuius, a ventis in totũ ſilens. Huic ſimile tempeſtati principiũ eſt ſecundi Vulgarium morborũ, hac ſerie dictum: Erant in Cranone carbũculi æſtiui, pluerat per æſtum largo imbri, idque aſſidue. Acciderant autem magis Auſtro. Differunt tamen inter ſe hi ſtatus: tum ꝙ hic toto ait anno id fuiſſe aeris circũflui temperamentum: in ſecundo æſtate tantum: tuum quôd his adſcripſit, a ventis in totum ſilens, id quod illic non addidit. Arbitreris fortaſſis, quôd illo libro addidit, Acciderunt magis Auſtro, hinc tale quod ſignificari. Iam hic etiam auſtrinũ ſimul & tranquillum totum dicit annum fuiſſe. ſed vt tranquillus poteſt, ſimulque Aquilonius eſſe totus annus, & dici; ita accipiamus. quod paulo inferius declarabitur. Ad memoriam vero reuo-

cemus, multas nos tempeſtates vidiſ-
ſe a ventis ſilentes, & tranquillitate prę-
ditas, non tamen eodem inter ſe mo-
do, verum hanc lenem & irriguam, il-
lam ſiccam & gelidam. Atque hæc om
nino eſt ſerena. Lenis autem nebuluȝ,
& turbiduȝ ſtatum parit Auſtrinumq;,
& nonnunquam nubium plenū. Con
trarium huius, aquilonia, & vbi pror-
ſus nullus in aere apparet motus, ſed
plane ſit, quam vocant, tranquillitas.
Haud alius enim videtur aeris ſtatus
eſſe, ac maris. Nam illic vt ſemper eſt
fluctus in alto, vel maior, vel minor.
qui interim, ob paruitatē non animad
uertitur, ni ſtrictus eum excipiat locus,
quod in Chalcide Eubææ & Meſina
Siciliæ cernas. & item aer quoq; plane
immotus & quietus haud videtur vn-
quam eſſe. Tamen interduȝ nos, quia
motus eſt paruus, fugit. Ac nubes per
eas tranquillitates conſpicimus, quę fre
quenter nobis cōſiſtere videntur, cum
reuera agitentur. Nam conſpiciuntur
ſtatim in alia aeris regione. quod illis

nequaquam mouerentur, non vsu ve-
niret. Huiuscemodi etiam hæc censen-
da est toto anno tempestas fuisse: tan-
tum autem hæc distat à descripta in se
cundo libro, quanto est diuturnior. Ta
men affectus vtriusq; cõmunis tempe-
statis putredo est, vtique caussam obti
nens humiditaté citra ventos. Et vide-
tur putredo ex materia quidem gigni
humida, ex caussa vero efficiente, ex-
traneo, & præter naturá calore: augeri
porro quiete. Nihil itaque quod omni
ex parte est siccum, omnes manifeste
videmus putrescere. Neq; enim lapis,
vel tegula, nec aurum, nec argentum,
nec æs, aliudve eius generis putrefieri
cernitur. Iam eorũ quæ putredini sunt
obnoxia, hæc superesse in temperamẽ
tis frigidis diutissime, ne hoc quidé præ
terit quéquam. Adhuc magis, vbi ven
tis eiuscemodi ventilantur. Sane vestẽ
etiam homines continenter quatiunt,
in primis cũ humidus sit, calidusq; aer,
ꝙ immotus eam putrefaciat. Ita arte-
riarum in animantibus motus, cũ alias
cõmoditates,

cōmoditates, tum eum vſum præſtat. Et vero ipſe in Aphoriſmis Hippocrates aſſerit, vt prædixi, in pluuijs tempeſtatib⁹ putredines exiſtere. Quare corporis humores hinc liquet neceſſario computruiſſe. Iaʒ ipſius dictiones ſubſecuti, ſeparatim ſingula ↄſideremus. z

Cum paulo ſuperioribus anni temporibus ſqualores præceſſiſſent, ſub Arcturum flante auſtro multum pluit.

Didiciſti iaʒ in ſtatibus libro primo deſcriptis, aeris temperamentum ex ſalubri, & naturali ordine variaſſe, didiciſti etiā qui hic ſit ſtatus, & quatuor eius eſſe præter naturaʒ ſimplices, quatuor item alteras compoſitas conuerſiones. Simplices in calore tantum, frigore, humiditate, & ſiccitate. Compoſitas in calore, & humiditate, algore & ſiccitate, algore & humiditate, calore, & ſiccitate. Nunc ergo horum, quæ didiciſti memor, ſubſequere huius cæli narrationem. Hippocrates: Cuʒ paulo, inquit, » ſuperioribus tēporibus ſqualores præ

lib. 3. aph xvj.

ceſſiſſent. Deinde adducit: *S*ub Arctū
rum flante Auſtro multuꝫ pluit. Vide
tur etenim ſuperiore iaꝫ anno aeris cir
cūfuſi non vndequaq; temperamentū
conſtitiſſe naturale, non viguiſſe tamē
ea tempeſtate vllus morbus, vt vocāt,
vulgaris. Nam in Aphoriſmis didiciſti
vbi ſic dicit: Ex anni auteꝫ ſtatibus, vt
ſemel dicam, ſqualores imbribus ſunt
ſalubriores, & minus letales. *H*oc etiaꝫ
minus quiſquaꝫ incidit eiuſmodi mor-
bus, quod ſiccitate tantum excelleret
temperaturæ immutatio, præter vllam
alterius oppoſitionis viciſſitudinem, a
qua aut calidus fieret, aut magnopere
frigidus aer. Verum enimuero illa ve-
hemens conuerſio ſub Arcturi videtur
exortum ſe protuliſſe. qui aliquāto ſpa
tio autumnale æquinoctiuꝫ præcedit.
Iam vero qui illi autumnus, quæ dein
de bruma ſucceſſerit, poſtea quæ hanc
exceperunt tempora anni, ſi eius perſe
quamur dictiones diſcemus. 3

Autumnus vmbroſus, nubiloſus, lar

ge pluit. Hiems erat auſtrina, humida, & lenis.

Vmbroſum dixit pro caliginoſo: quod non lucidum ſignificat, nec purum, neq; omnino ſerenum. Nanq; ſolent etiánum qui Aſiam incolunt Græci σκιώδη & σκιαρὰ, ideſt vmbroſa, omnia quæ ad nigrum declinant, appellare. His etiam dictionem caliginoſū attribuunt, & fuſcum, quod proprie ad nigrum accedit. Apertum eſt autem, huiuſcemodi non poſſe fieri aerē, niſi multis nubibus, ijſq; non ſplendidis obducatur. Nubiloſū igitur virtute complectebatur vmbroſus. Sed te non latet, eā loquendi rationem non Hippocrati tā tum, ſed multis etiam eſſe alijs familiarem. Iam etiam dixit: Hyems erat auſtrina, humida, & lenis. Sūt qui Auſtrū ſemper ducant eſſe humidum. Quod non eſt ita. Videtur enim ſiccus aliquā do eſſe, quem Leuconotum vulgus, Latini Caurū appellāt. Et Poeta dicit: αὐτὰρ ἐγὼ ζεφύροιο καὶ ἀργεςᾶο νότοιο.

Vmbrosus

Aer caliginosus unde.

Auster nō sp humidus

Caurus est Auster siccus.

Siquidem purum Austrum, quem fieri sine imbribus scimus, eo vocauit nomine. At vero primo etiam Vulgariũ morborum in primo Hippocrates statu: Cum esset autem totus, inquit, hic status Austrinus & squalidus. Atq; is Auster subinde procellosus est. Semper ergo apertum habent motuʒ, lenis alius est Auster, cuius motuʒ in aere & nubibus non sentias, qui calidus semper est. Caurus interiʒ frigidus videt. 4

folio. 19. Procellosus auster. Lenis auster. Caurus.

Multò post solis reuersionem, circiter ęquinoctium aspera erat extrema hyems. Et iam sub ęquinoctium, Boreas spirauit, & ninxit, non ita diu.

Pars hæc quædaʒ tẽpestatis contrariæ intercessit, vt hic dixit, nõ ita diu. 5

Ver rursus austrinum, sine ventis. Pluit multum, & continenter ad Canem vsq;.

Indicauit tibi lenem hyemem, scribendo ad hunc moduʒ: Ver rursus austrinum, sine ventis. Nam rursus, vt cõ

trarius ſtatus interuenit, innuit ad ſuuз temperamentum rediisse cælum. 6

Aeſtas ſerena erat, & calida, magni erant æſtus. Eteſiæ paruæ, non perpetuo ſpirarunt.

Lenitas hyemis, & Veris tranquillitas cum æſtate feruida congruunt. Nã cum ſua ſponte ſit æſtiuuз tempus calidum, ſi ventorum acceſſerit tranquillitas, neceſſario æſtus ꝯſequitᵗ. Hoc fit, vbi neq; Prodromi (quos vocãt) flãtз neq; q eos ſequuntur, quos Eteſias appellãt. Dirimit eos Canis ortus. Et ipſe etiaз Hippocrates addidit: Eteſiæ paruæ non perpetuo ſpirarunt. 7

Prodromi
Etesiæ:

Sub Arcturum rurſus ſpirante Borea multum pluit.

Rurſus, ad pluuiarum exundantiã, non ad Boream refertur. Nam ſuperiore Arcturi ortu multum pluerat, & ſub inde poſtea: Boreas vᵒ rarus ſpirauit. 8

Cum eſſet totus annus auſtrinus, humidus, & lenis. per hyemem quidem ſa

lubriter egerunt,prȩter tabidos, de quibus modo ſcribemus.

Integrum ſtatum, quod parui omnino aqlones fuiſſent, ab dominātibus in eo, humiduz appellauit, & auſtrinū. Nam quod tranquillum & caliduz, lenem appellet, antea didiciſti. Verum haud dum ea tēpeſtas, licet eſſet repentina, mortales magnopere offendit, propter ſuperioris anni ſqualidi temperamentum. At cœperūt affectus quibuſdam tabifici, qui ſcilicet huic vitio patebant. Ipſeq; adeo poſthac ſe recipit ſcripturum illorum affectus. 9

Ante ver vnà cum frigoribus conſecutis, ſacer ignis frequens, hos cum occaſione affecit, illos non. qui malus cum eſſet, multos interemit.



Sacrum ignem didiciſti a bilioſa fluxione oriri, at non illa ſemper tamen pniciosa, & putri. Plane contra, vbi commoda ſit fluxio bilem pallidam obtinens, quæ in nobis naturaliter gignit,

ſolet quidem ſacrum ignem facere, nullum tamen ex eo dare damnuꝫ: ſi quidem recte tractes. At non erat nunc talis, qui ſacrum ignem excitauit, humor, ſed prauus, qui eroderet putrefaceretq; ab exuperante humida ventorum tranquillitate generatus, illis potiſſimũ mortalibus, quibus cũ ſua ipſi ſponte alijs eſſent bilioſiores, etiam victus bilioſus magis eum ſuccum congeſſiſſet. Siquidem morborum proficiſcuntur differentiæ ab aeris circumflui temperamẽto, propter naturam cuiuſq;, & victum quem ſanus ſeruat. Victum appello, non hunc tantum, qui cibo, & potione conſtat, verumetiaꝫ qui omnibus alijs, vt otio, exercitatione, balneo, venere, ſomno, vigilijs, & vero oĩbus, q̃ quouis fiũt modo in corporibus humanis. 10

Multi è faucibus laborabant, vox erat vitiata.

Quibus caput ſua ſponte prompte replebatur, his in præſentia exũdantiæ humoꝝ plenum, in pulmonẽ cœpit &

ignis sacer ex bili nat.

ignis sacer a bili et nam et qb. p[..]erim

Quid p ui-ctum: intelligas [..]res no naturales

Morbi q aeris vone fiut, variantur sm naturas, et victum particularem.

ventrem per fauces fluxiones demitte re. Porro iure dicit vocem etiam ijs affectam fuisse, nempe quod frequens est destillationibus, vbi abunde fauces & guttur irrigauerint. 11

Febres ardentes vna cũ phrenitide.

Ardentes febres extiterunt inuadentibus in iecur, & ventrem biliosis excrementis. Phrenitis vero caput petentibus. 12

Ora aphthis vitiata, pudenda tuberculis, lippitudines, carbunculi.

Singuli hi affectus fere non sunt cacoethes, vti de sacro igne diximus paullo ante: nonnunquam vero etiã sunt cacoethes, vti nunc: quod putridus esset, qui abundabat, humor. Quare in omnibus, quos recenset, morbis hoc mihi semp memoria teneto: neq; aphthas puta ægros tenuisse, vel quodcunq; aliud incommodum de more, sed simul cum membrorum putredine. Memineris etiam hanc communem rationem, ab eodẽ statu genitum om

nibus putrem humorem, non easdem insidere partes, quod nec per naturam omnium in eadem conditione corpus esset eo statu: sed esset alia alijs pars infirmior. Aphthæ itaq; frequētissime sollicitant pueroruz ora, quæ exulceratio est in summo, quia omnia eorum sunt mollissima membra, & quasi muscosa. Insuper os est omnino etiānum insuetū cibarijs & poculjs. Vbi ergo acrimonia quapiam lac sit mammæ præditu3, aphthas generat, quæ facile propulsantur, si infantis hos modice astringas. Si vero humor affluat malus, semper aphthæ prodeunt cacoethes. Iam Carbunculorum perpetuo ē periculo sus affectus, nam ex vitiosis constat humoribus. Quare nunc erat verisimile fuisse perniciosissimum eum, qui vltra natiuum vitium, etia3 quod status adferebat, adiunctum haberet. Verum satis de huius est affectus origine dictu3 cum principium secundi Vulgarium morborum enarrabam, reliqua huius capitis clara sunt.

Alui turbatę, cibum fastidiebant.

Ex vitioso humore, qui a capite defluxerat ĩ fauces, qđ in pulmonẽ inuaserat, tabificos ꝯstituebat affectus. Qđ vero in ventrẽ deriuatũ erat, quia subibat mordicando, ventris ꝓfluuiuz concitabat: qđ significauit hisce ꝟbis: Alui turbatæ. In transitu ĩtem, ventris motum ciborum efficientem appetentiam afflixit: vnde cibos fastidiebant. 14

Quidam sitibundi erant, quidã nõ.

Pluribus de caussis nec siti caruisse omneis, nec fuisse sitibundos, ꝓbabile est. Videť humor oĩbus putridus fuisse collectus, veꝝ non pari modo aut æq͂ prauus. Quaõbrẽ potuerunt aliq͂ non sitire, vt illi, qui cibũ fastidiebant, de facultatis potus appetẽdi offensa. Liquet aũt pessimã fuisse hoꝝ conditionẽ, nec prauũ illis humorẽ affluxisse, vt modice sitirent: alios vero sitibundos fuisse confluente in ventrẽ humore vitioso, qui nondũ hactenus læserat eius os, vt potiõis appetẽtẽ facultatẽ corrũpet. 15



vrinae turbatae causa

Vrina turbata, multa, mala.

Vrinas fuisse turbatas, ita accipe, vt dudũ, cũ diceret, Alui turbatæ. Naz ad renes q̃bus vitiatus humor defluxit, his necessario vrinæ turbabant, hoc est, cũ mordicatione, & dolore excernebant. Quod huic est annexũ, multa, mala, potest etiã de vrinis dictuz esse. Potest ẽt ipsum seorsum, vt vna hac oratione multitudine indicet symptωmatũ prauoꝝ fuisse id tp̃is ęgrotãtes affectos. 16

Vrinae turbatae,

Sopore diu tenebantur, rursusq; insomnes erant.

Soporem vigilijs vacantem, ab humiditate didicisti, & refrigeratione fieri cerebri. Vigilias sopore non confusas, a siccitate, & calore. Nunc ergo cuz, qui increuissent humores, humiditatem obtinerent exuperantem, verum non eaz tñ prorsus acrem, humiditas soporiferum affectum, acredo ex putredine induxit vigilias. Itaq; caussæ diuersæ diuersa merito symptomata peperere.

Sopor vni lego et 165

vigiliae cũ sopore

Humidi = sopor

Acredo vigilias paris

Multi prorsus nõ iudicabantur mor

bi, quidam ęgrè.

Quæ erat humoris vitiositas, quidã morbi haud quaquã decreuerunt, ali qui parum bene. 18

Aqua inter cutem.

Vel hoc symptωma quosdam dicit ex abundantia prauorum humorum affecisse. Omnẽ enim hæc potest morbum concitare, alium alio in corpore, pro eorum naturalibus differẽtijs & viuendi dissimili ratione, vt est paulo ante dictum. 19

Tabidi multi.

Retuli etiam supra, quod ex capite in fauces defluxerat, vbi per guttur in asperam arteriam & pulmonem venisset, eiuscemodi vitia produxisse. 20

Habes morbos, qui uulgabantur,

Vnum de vulgaribus morbis pestis est, vt in libro quoq; de victus genere acutorum dictum est: Nam si quando nulla morbi pestilentis forma communis vulgetur, cæterum dispersi sint morbi. Neq; enim certi est morbi nomen

vulgare vel pestilens. cæterum quicunq; vno in loco multos inuaserit, vulgaris hic vocatur. qui simul si hoc habeat vt multos perimat, pestis fit. 21

Ex qualibet morborum, quos recensuimus, specie complures ęgrotabant, et moriebantur. Acciderunt autem cuiq; horum in hunc modum.

Cum dicit & complures moriebantur, pestilenteis fuisse morbos, qui vulgarentur, demonstrat. Qui quando diuersi fuerunt, de singulis separatim infra acturum promittit. 22

Multis sacri ignis occasionem quilibet, & minuti admodum pūcti toto corpore prębuerunt, pręcipue uero sexagenariys secundum caput, si uel minorem paulo quis curam adhiberet. Magna pars in ipsis etiam curationibus magnis inflammationibus corripiebantur. Sacerq; ignis multum celeriter vndiq; depascebatur.

Vulgaris morb. qs.
Pestis qd.

Minuti ... cti in toto corpore ... as ... Sed ... cor ... longe ...

Cuius prę omnibus meminit primi symptωmatis, iure nunc primi etiā singulas reddit differentias: quod accidisse quibusdā dicit paruis ꝺ caussis, quas vocauit occasiones: Et multos q a medicis procurabantur, magnas esse inflāmationes consecutas, quod sacer ignis scilicet plurimū depasceretur. Plurimis iā caput hunc solicitasse, quando repletū hoc maxime in austrinis esset & calidis ventoꝝ tranquillitatibus. Cur autē sexagenarios hic præter cæteros tentaret, hoc in caussa est. Foris ambiens præter naturam calor, caussa, quamobrem corporis putrescerent humores, fuit, sicut natiuus calor, vbi suo natiuo exacte temperamento constat, plus alijs humoribus sanguinis efficit. qui quādo efferuescit, pallidā & flauaꝫ bilem. At calor externus putredinis author humoꝝ est. Nā materia quidē humiditas est: caussa efficiens, calor præter naturā. Quare senes, qui superfluas semper humiditates ob naturæ imbecillitatē coaceruant, vt his accessit aeris

ex bili putrida:

Putredinis cā ē calor externus materia aūt ē humiditas

calor, ex illa effectus tẽpestate, humorum putridæ corruptioni fuerunt iuuenibus opportuniores. 23

Plerisq; itaq; horum in suppurationes abscessus contigerunt, atq; carnis multum, et ossium, neruorumq; decidit.

Prauitas abundãtis humoris ex magnitudine constitit putredinis, atq; dictis subtexens dicit. 24

Erat autem illa fluxio, quę collecta erat, nõ adsimilis puri, uerũ alia q̃piá putredo. ipsaq; fluxio multa & uaria.

Hippocrates apte tibi indicauit, q̃d nos sępe iã diximus, corporis humores pp humiditatẽ & veris tranquillitatem cõputruisse. atq; idcirco purẽ non generauit. Cõputrescebant vero ob prauos humidos humores solidæ partes. At variam esse fluxionẽ propter putrescẽtium diuersitatem, ratio erat. Nam a communi putredinis caussa, singula putrescentia peculiarez obtinent differentiæ speciem. 25

Solida putrefacta sũt ob prauos humors:

Iz diversũ putredinis genus in diversis oriat: oia tñ à calido efficiete, et humido, tamq̃ mã [illegible] deprendim:

quorum ergo caput, horum quid tẽtaret, his caput totum glabrescebat, & mentum, ossaq; denudabantur decidabantq;, multęq; extiterunt fluxiones. His adiunctu aliquando, aliquando nõ erat febris. Erant autem hęc formidabiliora, quàm deteriora. Quibus enim ad suppurationes hęc species deuenit, plurimi superstites horum erant. At uerò quos inflammatio reliquit, & sacer ignis, nec talem abscessum effecit ullum, hi frequentes perierunt. & si usquam loci alterius in corpore deflecteret, euenerunt hęc. Etenim multis brachium, uel solidus cubitus decidit. Quibusdã hęc anteriora latera afficiebant, uel posteriora. Nonnullis totum femur, uel tibię denudabantur, pesq; totus.

Putredinis proprium ē corrumpere.

Humoꝝ putredo, cuius est cõmune munus vt illas parteis, in quas ĩpingat,

corrumpat:terribiliorem in capitis partibus ſpeciem prębet, propterea ꝙ licet vel paulum de natura hic deflectant, maior fiat ſugillatio,q̃ cæteris in partibus multũ a natura diuertentibus. Naʒ a femore, vel brachio, vel tibia, vel cubito ſi cutis receſſerit, minorem præbet mali ſpeciem. at ſi capitis vna cuʒ cute crines defluxerint, atq; adeo mẽti cum illis, vitij ſit facies magna, periculũ vero minus, q̃ ſi is naturalia affectus teneat aut guttur, aut thoracẽ, aut aliam principem partẽ. Neq; tamen, quæ caput ita tentant, metum q̃ malũ creant maius: verum etiam quæ cuilibet aliæ parti decidunt. Peiora enim erant, in quibus abſceſſit humor ignem ſacrum efficiens, cum in viſcera ſe, & nõ in principes partes conferens præter alia ſymptωmata febres etiã acutas generabat. Quibuſdam tamẽ, quibus in alto erat eiuſcemodi putredo, partes etiam citra febres marceſcebant. quorum quidam hac de re incolumes euaſerunt, vitioſis humoribus per parteis, quas ii putreſce-

Motus quidam morbi, a quibus medici praesagire non possunt:

cerant, emissis. Oberrabat enim, vt ipse vocauit, fluxio totum corpus, hoc est, temere, nulloq; ordine & casu vagabatur, vt presagire medicus arte, quo esset influxura, non valeret. 26

Erat omnium id grauissimum, cum pubem & pudenda vrgeret.

Etiam absq; pestilente statu, vbi has regiones inflammatio obsederit sacer ignis, leuissime putrescunt, vnaq; parteis superiores afficiũt. Vnde nobis est saepe necesse, vt putrida praeciderimus, locum inurere. Nihil habet ergo admirationis, vbi is esset status, vt brachiũ, cubitus, femur, tibia, latus, caput computrescant, si plurimum offendãtur pudenda. 27

inustio post amputatione in pudendis:

Atque ulcerum, & eorum, quę occasionem habuerunt, hęc fuit conditio.

Hactenus verba de sacro igne fecit, qui ex vlcere, aliamve ita paruam ob caussam externam constitit. Posthac de his, quae sine tali caussa inciderunt, tractabit. 28

Multos autem una cum febribus, & ante febrem, atq; a febre arripuerunt.

Non ob vlcus his, aut alia de caussa externa, quæ sit manifesta, sed vt consueuimus dicere, sua sponte prouenit sacer ignis: atq; partim simul cũ febre inuadebat: partim eum febres aut consecutæ sunt, aut præcesserant. 29

Habebant hęc illud, ut, quę per suppurationem abscessum molita essent, aut si commode turbata esset aluus, aut urinarum bonarũ extitisset excretio, hinc propulsarentur: Quibus horum nihil acciderat, obscureq; euanescebant, ut letalia essent. exitus bonus exitus malus

Paulo ante etiam caussam reddidimus, cur superstites essent magis, quib⁹ per putridã partem malus humor vna cum illa de corpore decideret. Nec est obscurum, quin si & per ventrem & vrinas excessisset, molestus dum excerneretur, fuerit, profuerit tamen vniuerso corpori. 30

Vere longe plurimos exercebat sacer ignis, tenebatq; æstate, & sub autumnũ.

frigora co ccludut humores in corpore:

Genuit quidem, vt dixi, vitiosos humores status perflatu carens, qui humidus calidusq; erat, & ventis carebat. quæ in corpore frigora concluserunt: at etiã in primi libri Vulgarium morborũ prima tempestate est dictum. Quo magis extiterunt varij morbi, paulo ante cõmemorati. Nam hoc loco illi est de sacro igni sermo. Quem, quando eminuit primus, primum quoq; descripsit. Itaque de his, inquit, sacris ignibus, qui incesserunt initio veris, quidam totam æstatem durauerunt, & autumnũ. Etiã aliter accipias hoc licet: Tenebatq; æstate & sub autumnum: Sacrum ignez eius tempestatis, & quę indidem manarunt, viguisse in nõnullis ad autũnum intelligemus, ac eorum, quæ extiterunt generationem. Vt alia quidem æstate existerent, & desinerẽt alia itẽ autũno. Atq; ita ẽt in autũno rectius scđa hac significatione accipias. Cui enim pro-

humores

batur ineunte vere natum ad autũnuȝ vſque productum eſſe ſacrum ignem? Omnino enim interea hominem interemerat, ſi magnope eſſet cacoethes: vel per putreſcentes parteis putredine expurgata, diſcuſſus ſit. 31

Nonnullis multa erat turbatio, tuberculaq́; ad fauces, linguę inflammationes abſceſſusq́; ſecundum dentes.

Affectus hoc loco perſequitur partium, de quibus antea nõ meminit. 32

Voces multis uitiatę fuerunt, et κατειλοῦσαι, *maxime his quidem, qui cœpiſſent tabeſcere: tamen etiam ardente detentis febre, phreneticisq́;.*

Linguę cap. 22 pag. 2.

Equidem etiam quod eſt ſupra in ægro, qui ordine eſt duodecimus, ſcriptum, vbi ſic ait: δεξιὸς ἴλλαινεν, (quod nos, dexter oculus erat diſtortus, vertimus) ſuſpicabar eſſe ab alio inductuȝ. Etenim Heraclidis filius Hippocrates, cuius etiam Aphoriſmos eſſe & præſagia autumant, vſitatiſſimis eſſe vſus, &

proinde claris vocabulis videtur, quæ vocare Rhetorici ciuilia solent. At vero ἰλλαίνειν non est istius generis, eoq; minus κατιλλαίνειν, vel κατιλλαίνουσαι maxime cum de voce, non de genis dicitur. Adhæc propter dictionis formaȝ, quæ actiua, non passiua est. Rectius enim, siquidem prorsus voci statuerat adaptare hoc nomẽ, erat κατειλούμεναι scripturus, non κατειλοῦσαι, & multo quidẽ rectius hoc κατιλλαινόμεναι. Na de ἰλλαίνειν participium ea deducas figura. Appello autem hic scilicet participium more Grãmaticorum. Atqui nullus sit sensus, si de vocibus dicatur κατειλοῦσαι, vt quidam intelligere nos interpretes voluerunt, tanquam tendat verbum ἰλλαίνειν ad distorquere. Naȝ κατειλοῦσαι significat distorquere, κατειλούμεναι vero distortæ. Multi itaq; vna in dictione errores commissi videntur, dum κατειλοῦσαι accipere, vt multis est visum interpretibus, volumus, quasi a dictione ἰλλαίνειν descenderit. Etenim actiuum est ἰλλαίνουσαι, ἰλλαινόμεναι

κατειλοῦσαι

passiuum, & adiecta præpositione κατιλλαίνεσθαι. Atqui εἰλεῖσθαι & κατειλεῖσθαι ab ἰλλαίνω deriuari non videntur: Nec vero etiā εἰλούμεναι & κατειλουμέναι. Per autem raro inuenias apud veteres hoc genus verba & nomina: ἰλλαίνειν dico, & ἴλλος, a quo videtur Sophron comparatiuum quod vocant grammatici, fecisse, ἰλλότερον ταν κύνα. Quare rectius dixeris, si quidem de his velis nugari, non ἀπὸ τοῦ ἰλλώσεως deductum εἰλεῖσθαι, sed ab alio quodam, quod tum Plato tum Antipho vsurpasse videtur. Plato quidē, cuius hæc sunt in Timæo verba, τοῦτο δὴ πᾶν τὸ δέρμα κύκλῳ κάτωθε καὶ ἐπῦρι τὸ θεῖον, τρωθέντος δὲ καὶ τῆς ἰκμάδος ἔξω δι᾽ αὐτοῦ φερομένης, τὸ μὲν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ὅσον εἰλικρινὲς, ἀπῄει. τὸ δὲ μικτὸν, ἐξ ὧν καὶ τὸ δέρμα ἦν, αἰρόμενον μὲν ὑπὸ τῆς φθορᾶς ἔξω μακρὸν, ἐγίνετο λεπτότητα σύνεχον τῷ κατακεντήματι: διὰ δὲ βραδυτῆτα ἀπωθούμενον τοῦ περιεστῶτος κρύους, πάλιν ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλούμενον, κατερριζοῦτο. id est, Hanc igitur circuitu totā cutē deurebat sulphur. Qua vulnerata, cū humor per eā efflueret, humidum & calidū, q̄d quidē syncerū erat, emana-

uit. Mixtum vero, in quibus cutis erat, foras a corruptione productũ, longum fiebat, ſubtiliter extenſum ab impulſu. Quia vero ſenſim impellebatur ab aeris frigore intro iterum ſub cutem coactum firmabatur. Videtur enĩ pro conclusum vel repulſum in altũ εἰλȣ΄μενον hic vſurpaſſe. Quo ſignificato videtur etiam hæc ab eo eſſe ſcripta oratio: γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν εἰλȣμένην τε περὶ διὰ πάντος λόγον τεταγμένον, id eſt, Terram vero nutricem noſtram, quę reſtringitur aſtrationem in perpetuũ conſtitutã. Eſt item apud Antiphontem in ſecundo libro de veritate inuenire hoc ſcriptum vocabulum eo loco: ὅταν ουν γένωνται εν τῷ ἀέρι ὄμβροι τε καὶ πνεύματα ὑπεναντία ἀλλήλοις, τότε συστρέφεται τὸ ὕδωρ καὶ πυκνοῦται κατὰ πολλά. ὅ τι δ' ἂν τ συμπιπτόντων κρατήσῃ, τȣτ ἐπυκνώθη καὶ συνεστράφη, ὑπὸ τȣ πνεύματος εἰλȣμενον καὶ ὑπὸ τῆς βίας id eſt, vbi ergo in aere ĩbres & venti ſibi mutuo aduerſentur, ibi cogitur aqua, & multum ſpiſſatur. Quod autem eorum, quæ cõmittuntur, ſuperius ſit, hoc denſatur & co-

gitur a vento contortum, & a vi. Sane & hic conclusum vel contractum in se denotare per dictionem ειλȣμενον videtur. Itaq; in libro, quē explicare instituimus, qui de vocibus scripsit κατειλȣσαι, tale quid significari innuit, voces quasi occlusas & coactas ostendens. vt accipiamus de vocibus esse dictū, quæ exire nequeūt. quod incidit his, qui gracili sunt voce. Sed hoc minime conuenit. Potuit enim sistentes, vel impeditas, vel tardas, vel scribere aliquid tale, qui significare volebat adeo impedita esse voce hominē, vt vix loqui posset. Iam etiā a vinculo licet veluti vinctā accipe vocē esse dictā hoc loco. adeoq; indicat de vinculis se poeta dixisse.

ιλασινουκεθελοντα βιη δησαντες αγουσι. I.

Ducunt vi vinclis religatū, q renuebat. Liquet porro rectius fuisse, si κατειλȣμεναι sit scriptū, q̄; κατειλȣσαι. qui quidem cōmunis est omnis expositionis lapsus. Nā quicquid statuas a dictione κατειλειν significari, actionē significat, non passionem. Vnde maxime suspi-

ceris Hippocratis non esse dictionem. Neq; enim adeo erat Græci sermonis imperitus, vt in eo offenderet similiter vt pueri, qui modo literas discere cœperunt. Videtur enim vitium vocis indicari scripto hoc vocabulo κατειλουμεναι. Preterea si vel κατειλουμεναι scribamus, non est Hippocratis institutum, inusitatis & infrequentibus vti nominibus. Iã qui ad distortum significari putant, cuz his hoc pugnat, quod ille in præsagijs distortũ interpretaturus, sic scripsit: Si reflexa sit gena, aut labrũ, aut nasus. Sed neq; reflexum, neq; aliud ex dictis proprie de vocibus dicatur. Quare quidã huius interpretes libri, omnibus, quæ cõmemorauimus, abdicatis, pro voces, linguæ scribunt, exponentes linguas κατειλουσας, quasi deuinctas & difficulter motas. Quas quidem oportebat, vt voces mutauerunt in linguæ, ita vel citius quàm voces, dictionẽ κατειλουσαι in κατειλουμεναι vertere. Verum iam satis de dictione κατειλουσαι, non magno vsui, vt inuẽta sit, futura. Sat est enim nosse

Alia scriptura:

hic generatim dici & intelligi, propter destillationem, quæ illis ex capite descendebat, læsis vocis organis simul vitiatam esse vocem. Nam in humidis tempestatibus, & calidis destillationem caput repletum ventri demittere & thoraci, operæpretium est scire: primum discernendi caussa, vtrum alia caussa hoc ægris vitij induxerit, an ex vulgaribus sit morbis: Deinde vt occurras, ne in tale quid incurras. Nam offensiones ex aere si prouideas, vbi, & quemadmodum fiant, toto victus genere à tempestate diuerso dominante, instituendo, declines. Præterea si prædicere consequentia velis: id quod certe ex vsu nobis est, vt in præfatione ostédimus præsagiorum, vel ad hanc rem hoc cómentabere, vt corporis in omni cœlo affectus cognoscas. Quare cótenti hoc læsas voces fuisse, præteritaque dictione κατειλῆσαι, quod illi proximũ est, inspiciamus. Primũ.n. hos ait, qui cœpissent tabescere, incidisse in id symptωma: scdo loco ardéte detétos febre phreneticosque

Vox a destillatione vitiata:

Victus ratio sit contraria aeris intemperiei, et...

Tabes præcipue capitis distillationē sequitur.

Proinde censeas tabidis hoc affectus ratione accidisse. Nam cū multas alias caussas, & corporis status tabes consequitur, tum præcipue destillationē capitis, quā potissimum vocis vitium comitatur. Verum febribus ardentibus & phrenitidi per se tale vocis vitium non succedit, vt incipiētibus tabidis. Quia vero in hoc statu, qui calidus & humidus & sine ventis fuerat, caput contigit affici, phreneticos & ardente detētos febre consecutum hoc est communi de caussa symptωma, non propter priuatā morbi mollitiem. Desiccantur enim potius in illis, non irrigantur partes voci attributæ. vt accidit in hac tempestate. Quaobrem vox sonora & acuta a siccitate efficitur vocis organorum, rauca ab humiditate. 33

Vox sonora, & rauca unde.

Quin febres etiam ardentes et phrenitis ante uer cæperunt post illa frigora, quę precesserant, ac plurimi tum diu ęgrotabant, habebantq; hi acuta, & letalia symptomata.

E LOCO AFFECTO in phrenitide, & febri ard. *

Humorum putredinem, quam pridem pepererat aeris temperamẽtum, verisimile erat a frigore succedente in extrema hyeme impulsam in altũ morbos concitaturam sacro igni adsimiles. Alios igitur quosdam, qui fuerũt huius generis exponet, hosq; ordine ab sacro igni primos iam scribit. Hæ febres sunt ardentes & phrenitis, ab eadem illa quidem profectæ caussa, sed differentes locis affectis. Nam quibus in iocinoris & ventris regionem, maximeq; in eius os prauus humor inuasit, hos febres ardẽtes solicitauerunt: quibus in cerebrum peruenit, phrenitis. 34

Putredo in altu corporis: haec Fracastor. de sympathia & antipathia, praesertim lib. p° de contagione: cap. x°.



Febrium ardentium, quę uigebant, hęc erat natura. Initio sopore erant oppressi, fastidiosi, inhorrescebantq;. febris non acuta, neq; magnopere erant sitibundi, uel deliri.

Quæ propter præsentem tempestatem symptωmata concitarent ardentes febres, non propria morbi ratione, hæc annotat. Quare quidã pro sopore op-

pressi male scripserunt æstuosi. Nam est hoc febribus ardentibus peculiare, vt etiam perpetuo sitire. Nullumq; prope dixeris eximium esse aliud febrium ardentium insigne. verū abunde ex hisce duobus affirmaueris cōpleri; sitim assiduam, atq; exurentem calorem ægris sentientibus. Verum hic status, cum caput multa humiditate impleret, soporis aut omnibus, aut plerisq;, vtcunq; laborarent, symptωma attulit, sub morbi accessionem, vbi praui humores nondum eo deuenerant acredinis, vt vigilias vehemētes, deliria, phrenitimq; cōcitare possent. Ac sopor perraro febribus ardentibus est adiunctus: fastidiū perſæpe. Non est perpetuum tamē, vt prædicta duo, assidua sitis, & deurens calor. Horrent vero, qui febre ardente tenentur, nō raro. quare hoc etiam annotauit. Quod iam sequitur: febris nō acuta, aliqui simpliciter, absq; negatione, Febris acuta scribunt. alij cum negatione in hunc modum: Febris non acuta, diuersam vtriq; scripturā ratione in-

Aestus, et si- tis febribus ardētib. peculiares.

Sopor im 241. 2.

Sopor raro febrib. ardētib. ē adiū- ctus, fastidiū aut non raro

ducti probabili habentes: qui omittũt negationem, q̃ diuelli ab ardente febre acuta febris nequeat, vti nec sitis. Alteri ideo scriptum cum negatione confirmãtes; q̃ raro ijs & nouo exemplo acciderit cũ sopor, tum hæc febris. Quippe his quoq; illum aiunt subiunxisse: Neq; magnopere erant siticulosi: tametsi sit etiã febribus ardentibus hoc peculiarissimum. Esse itaq; consentaneũ, sicut erant non perinde sitibundi; sic eos nõ valde febricitasse acute. Potuit etiam quod Hippocrates scripserat, febris non perinde acuta, esse ab eo qui primus excripsit corruptũ, errorq; mansisse. Hic se offert non parua de omnibus morborum signis quęstio. Nam si remotis ipsis, affectus potest species conseruari, alia his morborum signis erunt nobis ad affectus cognoscendos certiora. quod qui constituat, volet illa merito morborum indicia appellare: & quæ ante vocabãtur indicia morborũ, adiuncta. Quorum separari illa non possunt, & affectus, vt ita dicam, consti

tuunt essentiam. Adiuncta vero ex his sunt, q̃ sæpe illis accidunt. Si æger ergo non sitibundus sit, nec magnopere febricitet acute, qua iam nota esse morbum febrem acutam dicemus? quãq; enim permultis febre ardente affectis esse fastidiosis contingit, non est tamen hoc affectus proprium. Quippe multi etiam alij quomodocunq; ægrotantes fastidiosi fiunt. Quare neq;, qđ visum quibusdam est, qui sese duxerunt huiuscemodi dubitationes declinaturos, etiam nobis est pronũtiandum, ab excrementis cognosci in primis febrem ardentem. Neq; enim vera in solis ardentibus febribus biliosa alui reddũt, neq; his solis syntexis accidit. Verũ sunt hęc quidẽ in symptωmatibus malis & exurentium febrium: Ista tamen qui excernunt, multi modice sitiunt, & calores febris ferunt. Verum in præsenti statu ne talia quidem erant excrementa. Nam aluus, inquit, his plerisque turbata erat, atq; excrementa cruda excernebant, & multa & tenuia. Videtur ergo Hippocrates

crates

crates febrem ardentem aſſiduitate cognoſcere ſitis, caloreq; exurente: ſicut phrenitim perpetuo delirio. Sic enim, vt non perinde ſitiant ægri, neq; valide torreantur: per totum autem morbum dicta duo ſint ſymptωmata, febris ardens eſſe dicetur morbus, exiſtetq; alia febris hac calidior, vt & corpus fundat, reddatq; excrementa bilioſa, & ſyntectica. Sed non appellabitur ardens febris, niſi adiuncta perpetuo habeat, dū ægrotet, paulo ante cōmemorata duo, aſſiduam ſitiꝫ, quantumlibet biberint: ac perpetuum, & ardentē, faſtidioſumq; calorem. Proinde adeſt fere illis intētiſſima ſitis, & febris feruidiſſima. At raro, vti nunc, cum febris non eſſet plane acuta, etiam non perinde ægri erant ſitibundi. quæ ideo ſignauit, ſicut etiam hoc, non prorſus fuiſſe deliros eos, quādo hoc etiam ardentibus febribus accidit. Nam paruæ eſſe ſignum dementiæ delirium, ante docuimus.

Nares pauca ſtillarunt.

Hoc in comitibus est malarum ardẽtium febrium, vt, sanguinis profluuia lenium. Et quid multis, omnis de naribus stilla, vt docuimus, pernitiosũ est signum. 36

Accessiones plerique diebus paribus habebant.

Et hoc quoque inter rara est. Naȝ febres ardentes solent adeoq; omnes, ita vt illæ, morbi multum acuti accedere diebus imparibus. 37

Obliuio sub accessiones, languor, vocisque defectus.

Et obliuio manifesta est, & monstrata frequenter est de exitialibus esse. Lãguorem videtur veluti dissolutionẽ, & remissionem appellare omniuȝ corporis partiũ, cuȝ nõ aliter ac resolutis proiectæ appareant. Quod quidem inter signa esse pnitiosa, didicisti, vt alia quoq; signa omnia, quę hoc libro recẽsuit. Quare hic interpretanda sunt ea tm̃, q̃ obscura vñr. & quæ demonstrauimus alias, solum meminero, non auteȝ ab-

ſolutam tradam eorum doctrinam. 38

Extremi pedes, & manus his frigidiores erant, & multo maxime circa accessiones. quibus calor pedetentim, nec probè redibat. redibántq; ad mentem & loquebantur.

Varietatem ſymptωmatũ, quæ morbi eius tempeſtatis habebant, commemorat, quæ ſunt omnia praua. 39

Detinebantur aut ſopore perpetuo, nõ ſomnolento, aut vigilijs cũ laboribus.

Ne hoc quidẽ obſcuꝝ ei eſt, qui ea hʒ in memoria, q̃ in libro de ſopore tradita ſunt & in prioribus cõmẽtarijs. Cũ enim vigilare ægri aptis oculis non valent, ſed cõniuent ſpe ſomni ꝯciliandi, & vigiles tñ manẽt, vocitamus illum vigilantẽ ſoporẽ. Quibus ſiqs adſit dolor, manifeſte vigilabũt magis ita affecti, adeo vt ne ſpeciẽ qdẽ tenuis videãt ſomni. Siqdẽ iſtis, q eo ſopore tenent, vſu venit eiuſmodi qddã, vt medij iter plane vigiles ĩtercedãt & dormiẽtes. 40

VIGILANS SOPOR QVIS

Medij inter vigiles & dormientes

Aluus his plerisq; turbata erat, atq; excrementa cruda excernebant, & multa, & tenuia.

Vel hinc liquet, non attendere Hippocratem in dignoscendis ardentibus morbis speciem excrementorum. Cruda itaq; dicit & tenuia, qui tum tenebãtur febre ardente, deiecisse, nec verbum fecit de meris biliosiis, vel syntexi, quas quidam notas esse febrium ardentiũ maximas existimant. 41

Vrinę tenues, nihilq; decretorij quicquam, vel boni.

Vbi de vrinis agit, quæ acciderũt iis, solet tradere, nec addere bonũ an malum denuntient, nos putás, quæ in pręsagijs didicimus in vniuersum de vitio vel bonitate vrinarum, memoria tenere. Hic adiunxisse puto, quamuis eas prædixerat tenues esse, quod illis adscripsisset multas. Nã docuisse memor se multitudine vrinarum interim iudicium fieri, indicauit hoc loco quáuis

multæ essent, nihil tamē decretorij fuisse, neq; boni. Neq; enim quo purgaret corpus & infestātia amoueret, videtur nunc molita natura multam vrinam: sed quemadmodum didicisti sudores & deiectiones interdum vt superfluitatis humorum in corpore malorū symptωmata, excerni: Interdum expurgāte natura. Ita nunc abundantis in corpore serosi humoris sunt vrinę symptωmata. Ideoq; eis addidit, nihil decretorij quicquam, vel boni. Siquidem reddebantur, quia ob nimiam copiā eas vasa sustinere non poterant, vel quod mordacitate vehementi offenderētur, itaq; ad excernendum contenderent. Huiusmodi etiam hac ipsa tempestate ventris erant excremēta, vt est supra dictum, & vero etiam sudores illis erāt consentanei.

42

Nec verò decretorij aliud in ita habentibus vllum aduertebatur. Neq; sanguis rite profluxit, neq; alius consuetus fiebat abscessus decretorius. Morieba-

tur quisque scilicet incerto ordine: plerumque tamen circa iudicia. quidam longius producebantur, qui largius sudassent.

Qui pernitiose habebant, hęc ijs accidebant, quæ tibi hic collegit febris ardentis pernitiosæ symptωmata. Quorum quodque iam audiuisti ante frequenter, cur sit exitiale. 43

Similiter phrenetici quoque hēbant.

Finita de ardētibus febribus oratione, trāsit ad ea: q̄ phreneticis acciderūt. Itaque & hic eius verba attēdamus. 44

Sane hi nihil sitiebant.

De phreneticis agit. fuisse eos dicit non sitibundos, non tam quo illis multa humiditas in ore vētriculi afflueret: quam quod, quæ patiebantur, non intelligerent, & facultatem haberent stomachi appetitricem extinctam. 45

Nec phreneticorū insaniuit quisquā, quod vsu venit alijs: sed alio quopiam veterno grauiter peribant.

Si non prædiceret: Nec phreneticos

rum insaniuit quisquam, sed simpliciter dixisset, præsentes phreneticos veterno perijsse, non erat absurdum accipere, eos conuersione in lethargum facta ita defunctos esse. Nunc cum sit prędictum, Nec insaniuit quisquaz: probabilius est perijsse cum sopore perpetuo phreneticos, hoc est, demẽtes. hoc eniz discrimine solo, cuz febre, phrenitim accipimus, nulla re alia distantem ab insania, quam febre. Mentis siquidẽ vtraq; noxa est: sed proprium insanientiuz est febre liberꝝ esse: vt febricitare, phreneticorum. Non est igitur nouũ, in corpore crudis collectis humoribus, vt excrementa cõmonstrarunt, esse sopitos illos simul & dementes euasisse. Sopitos quidẽ ex multitudine & frigore succorum crudoꝝ. Dementes, q̃ acredinẽ pariebãt & calorem putrescẽtes. 46

Erant pręterea alię febres, de quibus iam acturus sum.

Reuocemus ad memoriã, q̃ postquã supra dixerit febriũ ardentiũ, quæ

Phrenitidẽ qñ i lethargũ cõuerti dicer

Febris distinguit phrenitidem ab insania.

Sopor et dementia cum in propositis

vigebant,hæc erat natura: vt quæ hāc narrauit,& quæ illis acciderunt ordine omnia,& deinde rursus dixit: Similiter phrenetici quoq; habebant: postea iã disputatione de his peracta intulerit: Erant præterea aliæ febres, de quibus iam acturus sum. Nam his verbis febrium esse speciem, febrem ardentem, & phrenitim ostendit. Febrem ardentē quod perpetuam habeat sitim ꝑpetuo coniunctam & multo ardore. Phrenitim vero, vt quæ sit assidua, vnaq; dementiam perpetuam habeat.

Feb. ard.

Phrenitis.

47 *Os multis aphthis vitiatum, ulceroſumq́, fluxiones ad pudenda multę, exulcerationes, tubercula foris & intus secundum inguina.*

Et ante quidem de his sermonẽ habuit. Verum quia de vno quoq; seorsum agit, posteaquam ad autumnum vsq; generationem productam sacri ignis dixit, planē de his, quę nunc post eum describuntur, omnibus idem ostēdit. Hac ergo de caussa eorundem ite

rum meminit. 48

Lippitudines humidę, longę, diuturnę laborioſeq;. genarum foris et intus germina, quę multorum perderent aciem, quę uocant ficos.

Abundantis humoris ſuperfluitas videtur duplicem habere ſpeciem in craſſitiei & tenuitatis differentia, vt fere in humidis & tranquillis tempeſtatibus ſemper ſolet. Nam niſi peculiaribus vtens exercitationibus ventiles corpus & totum luſtres, conciteſq; , copiam aceruabis craſſorum humorum, & tenuium. Craſſorum, propter ſocordiam: tenuium & aquoſorum, quod vacuati non ſint. Eorum igitur argumentum tenuitatis, aluus eſt tenuis, ſimileſq; vrinæ. Craſſitiei, quod omne producitur, & plurimis eſt adiunctus ſopor. His ergo merito, quibus ad oculos affluentia vergebat, humidis lippitudines fecit ob tenuitatem, & genarum germina cauſſa craſſitiei. Nam quod ex humore in oculis manãte humidi exi-

ret, fecit lippitudines, hoc est, cum fluxione humida & aquosa. Crassius vero partibus adhærescens affectis tubercula excitauit, collium modo. Quod vero crassi humoris in profundo oculorum erat, dolores peperit. 49

Expullulabant cum alijs invlceribus multa, tum in naturalibus.

Quæ materiæ crassitudine in genis excrescebant, non hic tm̃, vet in pudẽdis quoq; extitisse ait, & si qua pars alia forte esset exulcerata: humor crassitie, vt dictū est, eiusmodi efficiente excrescentias, quas fungos vulgo vocãt. 50

Fungi

Carbunculi ęstate multi, et alia, quę putredo vocantur.

Putredo

Atq; quod cõmoraretur in corpore prauus humor, putredo increscebat. æstate vero excipiente, neq; ipsa Etesias habente, multo magis eualuit. Ideoq; calidi morbi plures, & prioribus deteriores viguerunt. Ostendimus eniꝫ carbũculũ ex calido quidem esse feruore: verum crassa materia constitutum. 51

CARBVNCVLI:

lege de mã carbunculi 2° de drijs fib. cap. ix. ubi d. fieri ex sanguine sup modũ feruescẽte ad atræ bilis humorẽ.

Pabulę item magnę.

Apertuȝ eſt ab ἐκθύειν, quod eſt erumpere, deriuatum eſſe ἐκθύμασι. i. pabulis nomen: in his quæ ſponte extuberant i cute. Hæ conſtant ſuperfluis .ſ. humoribus. Atq; qualitatem etiam non iniuria ſubſequũtur: cum tenues humores exulcerationem potius, quaȝ tumores creent: at craſſi in tumorem pellem attollant. liquet auteȝ, quæ nunc in cute ſponte ſunt genita, eiuſdē eſſe generis, cum illis, quæ in genis & vlceribus prædixit excreſcere. 52

Papulæ

Tenues ſucci ulcerat, craſſi tumores pariunt:

Serpentia ulcera multis magna.

Magna, aut quod multum occuparent loci, aut quod adiunctam malam exulcerationem haberent, appellauit. quorum ſuccedit vtrunq; humorum, quod diximus, vitio. 53

Quę ad uentrem attinebant, multis multa incōmoda euenerunt. Primum tenesmi multis cum dolore: plurimis uerò pueris, omnibusq; impuberibus. quo

rũ plurimi ꝑibãt. Multi liẽterici erãt.

Tum humiditate ætatis, tum quia plus cibi ſumentes pueri, nutrimenta ſę pe corrumpunt, merito teneſmo corripiebantur. Qui cum alioqui dolorificus eſt & moleſtus affectus: dolorific⁹, propter tenſionem: moleſtus, quod aſſidue deſidendum ſit: Tuʒ vero in hoc ſtatu, quem plethoricum ſimul & prauis humoribus fuiſſe exundantem diximus, multi magis lienteria tenebantur. Nam debilitata facultate retentrice, fieri lienterias didiciſti. Eſt porro conſentaneum, ſicut extincta facultas erat vẽtris nutritiua, vnde cibos prorſus ait paulopoſt eos faſtidiuiſſe: ſic retentricem etiam fuiſſe læſam. 54

Dyſenterici, neqȝ admodũ grauiter.

Conſentaneum erat inferri hoc prædictis quibuſdam, qui non grauiter ægrotarant. Sed nullus is eſt prædictus. Imo vero contra magis, & priores omnes, & qui ante lientericos dicti ſunt teneſmo laboraſſe, grauiter ægrotarunt.

Quare est scriptura corrupta: quomodo in multis libris aliæ mendæ multæ, a primo librario commissæ, manserũt. Nam rectius scriptum sit: Hiq; admodum grauiter. Quidam vero dictum aiunt: Neq; hi admodum grauiter, pinde ac, Multi dysenterici non fuerunt: volente indicare. Hippocrate ex hoc, grauiter, generationẽ morbi, non modum. Quidam quod dysentericis nullo dolore affectis adiunctum sit, ideo dicunt, Neq; hi admodum grauiter, ab eo esse adiunctum: vt intelligamus lieñtericos necessario eẽ dolore vacuos. 55

Aluus biliosa, pinguis, tenuis, aquosa. atq; ipse morbus multis eo erupit citra febrem, & cum febre, tormina, dolorifica, prauę item reuolutiones. multorum, quę in corpore inerãt, suppressáq; erãt excretiones. quę autem descẽderent, do dolores nõ tollebant: multeq; erant corporis partes affectę.

Præsens sermo omne genus ꝯtinet

morbi, quatinus natura inter se hoies, ętatibusq; & victu distant. Ergo cũ alijs alius abũdaret succus: a statu aeris hũc vt demonstrauimus, auxit. tandẽ putredine excipiente, putrefactio ꝑ humoꝝ differentia collectoꝝ variabat. Iam qa hæc in locũ se cuiq; ægro natura imbecillimũ conferebat, multis, qa satis multi hoies essent, contigit partibus lædi. Proinde erat probabile natura biliosis & his qui in ætatis erant flore, & sollicitis, iisq; qui laborib⁹ sese & administrationibus ꝯficerent, hæc abundasse. Pinguia syntexis esse ipse signa docuit: (A) quosa tenuis & serosę humiditatis. Porro multos dicit hoc morbo laborasse, hoc est, deiecisse talia. Iam vero citra febres hoc dicit qbusdaȝ accidisse. At exitus, hoc est, vacuationes illis contigisse multoꝝ, quæ inerant in corpore, & suppressa erãt, qđ fortassis significat. Cum etiãni multa in corpore retinerenť, tñ multa exijsse, quomin⁹ excremẽta dolores exoluisse. N i q sustollere illa, cuȝ q̃ suppmerenť eẽt ẽt multa, posséť? 56

Puere do uaria: ꝑ humorũ diuersitate

Collectionis singa, sut pinguia:

... partes in diuersis læse fuerũt, ... imbecillitate, ... humorũ ...

Et hęc, quę offerebãtur, ęgrè admittebant. Nam purgationes multos offendebant. Quorum qui sic habebant, subito multi peribant: multis malum producebatur.

Oblata põt dicere tũ oĩa in cõi remedia, tũ priuatim cibũ & potionẽ. Purgationes, quaꝝ fecit mẽtionẽ, vtrisq; pñt annumerari. Nã nihil cõtulisse ita affectis remedia, vt ille nihil dicat, in apto est. Siqdem cuȝ multi morerentur, nullius erãt vsus omnibus illis auxilia. 57

Vnò qꝫ uerbo: qui longis morbis, uel acutis tenebantur. uentris vitio omnes precipuè exanimati sunt. Cunctos nanqꝫ venter sustulit.

Et pestis quoq; illa lõgissima, q̃ nr̃a ætate vulgata est p excremẽta alui omneis ꝓpe peremit. Quæ euacuabant, erat syntexis. Qđ qdẽ esse symptωma vr̃ in perpetuum febris, quã pestilentẽ priuatim vocitant, cum mortales vel citra febrem pestis corripiat. 58

Omnesq; in quos equidem tunc incidi, cibum, quocunq; detinerentur predictorum morborum, fastidiebant: multi autem, maximè hi, qui ex his erant: & ex alijs, qui in malis erant.

Etiam hoc symptωma oẽs cœpit; qui in peste diuturna, q̃ mõ viguit, laborabant, quare factũ est, vt multi morerẽtur. fortissimi ergo, q vim sibi ipsi adferẽtes, cibũ oblatũ assumpserũt, oẽs fere superstites fuerunt. Plurimi vero mori, q; comedere q̃cquã prius duxerũt. Atq; hæc ipsa accidisse illis vñr, q tũ ægrotauerunt, maxime vitio ventris. 59

Erant hi sitibundi, illi non.

De his hoc loco, qui aluo turbata, vt ipse appellauit, citra febrem afficiebantur, sermonem habet: quod est ex his verbis clarum, quæ subdidit: Ex his quos febres tenebant, aliaq; nemo circa potum intempestiuus erat. Apertum est etiam ex illis, quæ supra diximus, cur nõ essent sitibundi omnes, nec siti liberi.

ti liberi. Craſſitudo enim humorum & tenuitas erat aquoſa aceruata, frigida, illa quidē ſua ſponte vtraq;, ſed acquiſititium a putredine calorem mutuās. Quare in quibus excellebat iam putridus calor, erant ſitibundi: in quibus nōdum, hi ꝯtra merito nō ſitiebant. 60

Ex his quos febres tenebant, aliaq; nemo circa potum intēpeſtiuus erat.

Poſteaquā priori capite dixit, de his qui ex ventre laborarunt, ꝙ partim ſitibundi, partim non eſſent. Hic nūc de ægrotantibus ſimul cum febre ait, non magnopere vllū fuiſſe ſitibundū; neq; vt medicis non eſſet audiens. Qđ hinc eſt factum, quoniam non perinde his multa, copioſa, putrida ſanies in uentrem, ut prædictis, conflueret. 61

Vrinę multę erant. Neq; erant illę ex potu ingeſto, ſed illum excedebant. mireq; etiam uitioſę erant urinę redditę. Neq; enim inerat craſſitudo, uel concoctio, uel proba purgatio. Nam pur=

gationes per uesicam commodę, bonum multis portendebant. Plurimis uero syntexin, turbationem, dolores, diuturnitates, & nulla iudicia.

Quæ sunt dicta, clara oĩa sunt, & memoriã, non interpretationẽ postulant. Ipse nãq; superiori sermone, quem ego exposui, nõ obscure ostẽdit, esse, cũ vrinæ symptωmatis rõne vacuẽtur, sicut sudores, vomitiones, & deiectiones. 62

Sopiebantur in primis phrenetici, et qui febre ardente tenebantur: tum etiam in aliјs morbis omnibus maximis, q̃ febrem adiunctam haberent.

Soporem creauit materiæ crassitudo, & præter cæteros his, quibus erat affectum caput. Est autẽ phreneticis affectum per se. sed in ardẽtibus febribus per accidens. Nam febris calor prauos humores, qui tunc crudi & frigidi abũdabant, ad caput subuehit. 63

Plerisq; uel grauis sopor comes erat, uel tenues atq; parui somni.

Grauis ſopor, a quo ægre quis excite-tur, accipiendus eſt, cuius ſunt cõtrarij, tenues & parui ſomni. Quorum acci-dit primus his, quibus craſſitudo & co-pia exuperabat frigidæ materiæ. alteri, quibus putrida tenuitas. 64

Multa prẹterea febrium alia genera uulgabantur, tertianarũ, quartanarũ, nocturnarum, continuarũ, longarum, uagarum, faſtidioſarũ, inconſtantium.

Quia humores noxij erant diuerſi, ideo cũ alij morbi, tum plura iam inci derunt febrium genera. Meminit autẽ intermittẽtium, quæ numero tres ſunt, quotidianarum, tertianarũ, quartana-rum. Tertianarum quidem, & quarta-narum nominatim primũ. Quotidia-narũ uero dicendo: nocturnarũ. Nam earum ex quo duplex eſt differentia, quatinus hæ interdiu accedunt, illæ no-ctu, inde diuerſa nomina inuenerunt. Hippocrates earũ, quæ tum uigebant, mentionem fecit, quæ erant nocturnæ. Memoria itaq; repetamus etiã, ꝙ cum

& primo libro, & secundo morborum uulgariũ, tum multos separatim ęgros adduxerit, tum integras sit tempestates persecutus, nusquã nec quintanã, nec septimanam scripsit, uel aliam febrem multorum dierum. Nec uero etiam in tertio libro uulgarium morboruz, neq; ante, neq; posthac ad finez usq;. Vnde mihi in mentem uenit, illa quæ primo libro uulgarium morborũ tradita sunt, infarcta ab alio suspicari, ubi alias esse quartana febre pluriuz dierum statuit. At in prædicta oratione proprium nomẽ febris scripsit, & est omneis eius species persecutus, deinde cõmuni nomine continuas indicauit, quarum febres ardentes prędixit, & phrenitidas. Postea longarũ nomen & vagarũ prodidit. vbi mihi memor sis eius, qđ est initio ꝓpositæ orationis dictũ, febriũ ipsum oĩa, quæ collegit, species appellare. 65

Omnes hę cum multa turbatione erãt coniunctę. Ventres enim plerisq; turbati cum horrore. Sudores non decre-

Turbatio quæ fuit:

torij, & urinę eę, quas supra descripsi- 235. 241.
mus. Hęc erant illorum plerisq; longa. Nam qui ipsis abscessus fiebant, non iudicabant, ut in alijs. Omnia quidem omnibus difficulter iudicabantur, uel omnino non iudicabantur, uel producebantur. his uero multò maxime. Tamen horum pauci ad octogesimum diem iudicabantur. Maximā partem temerè reliquerunt. Horum pauci moriebantur, ex aqua inter cutem, qua non decūbebant. Multos etiam in alijs morbis tumores exercitabant, prę cęteris uero tabidos.

Prædictas dicit omneis febres adiūctam habuisse multā turbationē. mox ipse, quæ esset turbatio, exponit: describitq; earuʒ symptωmata. Reliqua, nisi priora exciderint, clara sunt. 66

Maxima erat & grauissima tabes, hęcq; plurimos peremit. Nam cum multi hyeme cœpissent, maxima ex parte de

cubuerũt. Partim recti esse sustinuerũt. Verum ante uer, qui decubuerant, fere perierunt. Reliquorũ tusses neminẽ reliquerunt, remissiores tantũ ęstate fuerunt. At sub autũnum omnes decubuerunt, atq; multi obierunt, quorũ ęgrotabant plurimi diu. Cęperũt igitur horũ plurimis subito ex his esse deteriores, tum horrores crebri, sępe febres continuę, acutę: sudores intẽpestiui, frigidi, multi perpetuo. Multum uero erat frigus, & uix eis calor reuocari poterat. Vẽtres uarijs modis substiterũt, rursusq; statim fiebãt lubrici. Quę pulmonẽ infestabant, per aluum omnia reddebãtur. Copia urinarũ parum bonarũ, syntexes malę. Multę tusses tenuerũt continẽtes, et multa excreãtes cocta, & syntectica, minus tamen cũ labore. Quę etiã siquãdo essent difficiliores, rursus leuius

omnibus purgabantur, quę pectori incõmodabant. raucedines non mordicantes, neq; salsugines quicquã molestabãt. Lenta uero, & alba, & liquida, spumosáq; multa caput demittebat. At multo hos & alios maximũ comitabatur malum fastidiũ ciborũ, ut supra docuimus. Nam ne potum quidẽ libenter cũ cibo sumebãt: sed citra sitim degebant. 240 - 2 -

Dixi ẽt supra, repleto in calida & humida ventisq; vacua tẽpestate capite, ex destillatione pulmonẽ descẽdente tabẽ constitisse, cuius ẽt per stomachũ portio in ventrẽ delata, eum turbauit. Quæ deinde dixit de tabidis, etsi his, q prædictorum meminerunt, clara sunt: faciam tamẽ vt quæ videbuntur referenda, hęc declarem. Primum hoc inter ea est, ineũte vere plerosq; tabidos obiisse, ex aeris imutatione. Dixit enim extremã fuisse hyemem asperam, & circa æquinoctium iam Aquilone spirante ninxisse. Quæ tabidis conuersiones

Tabes un

Destillatio [illegible] tim in pulmone, partim in uentriculo decabens:

Nix circa æquinoctiu.

infestissimæ sunt, itaq; autũnus etiam perniciosus est. Vnde in aphorismis eũ ipse dixit tabescẽtibus aduersariũ esse. Et quidẽ Aquilo partibus thoracis officit vniuersis. Quare in Aphorismis ait tusses, raucedines, laterũ dolores & pectoris existere flante Aquilone. præcipue quibus iam sunt hæc vitiosa, & caput repletum destillationem deriuat. Vnde ęstate tusses dicit remissiores fuisse, hoc est, imminutas, & moderatiores. Nam fuit, vt ipse scripsit, humida æstas & calida, vt e diuerso principium insequentis autumni tabidis inimicissimũ. Dixit enim: Sub Arcturũ rursus flante Borea multũ pluit. Quod autẽ longo spatio produceretur non solum tabes, sed & alij morbi, in caussa crassities fuit materiæ nihil habentis sua sponte acredinis & caloris, sed die a putredine mutuantis. Planissimũ hoc fecit hisce verbis: Raucedines non perinde mordicã- tes, neq; salsugines quicq̃; molestabãt. Lenta vero, & alba; & liquida, spumosaq; multa caput demittebat. Quod re

Grauitas corporis cur proueniat.

liquum est huius capitis, omne memori superiorum clarum est. 67

Grauitas corporis cum sopore.

Sæpe est dictum, emortua sustentatrice & motrice corporũ facultate, quæ pridem ab ea vt leuia ferebantur, & mouebantur, grauia videri. 68

Quibus fere omnibus tumores fiebãt, qui in aquã inter cutem eruperunt.

Non mirum, si propter abundantiã crudorum humorũ ad hunc affectum quidam deuenerunt. 69

Horrebant, & sub mortẽ delirabãt.

Cum prauitas humorum ex putredine parta increſceret, horrore corripiebantur & delirio progreſſu tẽporis, quo etiam expirarunt. 70

Genus erat tabidorũ, glabrum, subalbum, pituitosum, subrubicundum, cæsium, Leucophlegmatię, ac quibus scapulę in morẽ alarum prominebant, mulieresq;. Itidem melancholicum genus,

& subsanguineum. Febres ardētes hos & phrenitides & dysenteriæ tentabāt. Tenesmi iuuenes pituitosos exercitabāt diuturna alui profluuia, & acria excrementa, pinguiaq; biliosos.

Glabru. Corporis formas eorum, qui tabificis morbis corripiebantur, reddit. Glabrum igitur, q̄d est depile, indicat iusto frigidius temperamentum, nec hoc ad pueros refertur: Semper sunt enim hi propter ætatem calidi: sed ad adultos, ut in cōmentarijs de temperamētis declarauimus. Itidē albus color. vbi quidem miror, quid præpositionē sub addiderit, subalbum dicens. Nam in rubicundo recte sane dictū est subrubicundum. Didicisti nanq; rubentem colorē calidū denotare temperamentū. Subrubrum nō perinde ac album frigidū: non tamen etiam calidum. Qui vero alba pituita affluunt (quos Græci λευκοφλεγματίας appellant) siquam habemus traditorū in libris de temperamentis memoriam, citra cōtrouersiam sunt

Pueri sp calidi:

Rubens color:

frigidi temperamenti. Est his molle corpus & tumidius quodã modo, propemodum, vt aqua affectis inter cutem; quam Leucophlegmatiam appellant. Itaq; omnes hi sunt plane frigidi tẽperamenti. Pituitosi vero vt audiuisti, tẽperamenti, malorum pleni humorum. Præterea de cæsis, semelq; de oculorũ coloribus, in cõmentarijs de Temperamẽtis didicisti nõ esse existimandũ pro certo ex tali signo de totius temperatura corporis, nisi solorum oculorum, sed neque horum quidem euidenter in prædictis. Nam primum oculos, qui χαροποὶ, hoc est, cæsij vocantur qui sint considerandum, reuocãdumq; ad memoriam poeta quæ scripsit, vbi ait.

ἄρκτοι, ἀγροιότεροιτ' σῦες, χαροποίτε λέοντες.

Deinde vbi videris multos leones, ita memoriæ color oculorum mãdandus est, vt valeas, cum in hominibus cõspiciatur, facile agnoscere: cũq; videantur illi tales esse, temperamentum quoq;, quod ad oculos attinet, calidum & sic-

cum dices. At huic non parum multa in præsenti oratione repugnant. Primũ enim cum frigidiore temperamẽto cæsium collocauit. Postea biliosos appellauit, quasi ab his dissidentes, cũ aperte sint hi temperamẽto calido & sicco. Immo vero ipsi morbi, quos descripsit a corporis formis, significãt primo loco relatos esse omnes frigidiores, rubicundos calidiores, biliosos abunde calidos. Nam hæc tempestas in corpore videt humores aceruasse, & replesse caput: idque omnibus morbis cõmune fuisse. sed fuisse suo quẽq; morbo alium alio correptuz, pro sua cuiusq; natura. Alui fluxionibus, acribus deiectionibus, pinguibusq; biliosos. Nam ipse in præsagijs dixit pinguitudines innatantes similes aranearum telis reprehendendas esse. Indicant enim syntexim. Quare biliosi merito in febres syntecticas inciderunt, offendebanturq; alui deiectionibus. Rubicundi vero, & ad melãcholiã appositi, & crasso sanguine, calidoq; præditi, nõ iniuria phrenitide sunt & se

bre ardente correpti, & etiã cruentis dy
fenterijs q; fieri potuit maxime. Dupli-
ces enĩ eas ſcimus eſſe. Inteſtinis exul-
ceratione eroſis alteram differentiã, al-
teram cum copioſus per venas, quę ad
inteſtina pertinent, euacuatur. Quę au-
tem eſſent naturæ vel calidiores tantũ,
vel frigidiores ſimul, & humidiores, has
par erat, vt & quæ nec facile febribus
cedebant, nec bilioſis affectibus, in ſo-
las incidiſſe capitis deſtillationes, itaq;
intabuiſſe. Quia vero ſcripſit Hippo-
crates: Genus tabidorum erat glabrũ,
ſubalbum, pituitoſum, ſubrubicundũ,
& ſermoni etiam cæſios inſeruit, dignũ
mihi hoc quæſtione viſum eſt. Cõſen-
neum erat non cæſios, ſed glaucos po-
tius dicere, q̃ hi frigidi, illi humidi, alij
pariter frigidi, & humidi temperamenti
eſſe videantur. quorum nihil cum præ
ſente diſputatione pugnat. Compare-
mus iam cũ his infantes, Scythas, Gal-
los, & Germanos, qui plane tempera-
mento ſunt humidiore, frigidiore vero
non citra cõtrouerſiam. Mihi igitur vi-

Dysenteria duplex

ſum eſt operæpretium, vt de oculorũ cæſiorum haberetur quæſtio. Interpretes libri huius Empirici quidem, vnaq; cum iis Lycus, vt alia multa, ſic hoc, omiſſa cauſſæ inquiſitione prætereũt: Hippocratici vero quidã temperamenti eſſe calidi ſignum cæſium, quidam ſicci dicũt. Sunt qui neutrum iam addant. Sabinus quidem hoc demum ſatis habuit dicere: Cęſium vero quia eſt ſiccum, opportunum eſt tabi. Neque cauſſam, cur id ſcripſerit, adducit. Neq; alia quibus hoc eſt adiunctũ, eſſe omnia frigidioris temperamenti & humidioris ſigna. Nũ ergo pro Glauco Hippocrates cæſium falſus vocabulo ſcripſit? Nam quid dicas aliud? Sed hoc in cõmuni ſit conſiderare propoſitũ. Ad reliquam iam orationis partem accedamus. Nam in morbis tabificis vna cum prædictis etiã πτερυγώδεις, id eſt, quibus ſcapulæ in modum alarũ prominent, cõmemorauit, qui nõ propter temperamentum, ſed propter vitioſam thoracis figurã, obnoxii tabi ſunt. Pro-

Cæſiũ

Alati:

babile tamen eſt eius figuram natiuū calorē ſequi. In fine, vbi de tabidis tractat, quādo Hippocrates adiecit, Et mulieres: animaduertendū eſt, vtrum hoc modo dixerit, quaſi dicas mulieres perinde ac viros tabe fuiſſe correptas, quæ erant eorūdem generū: An licet his notis carerent, frequentes tamen dicat in hunc affectum mulieres incidiſſe, cum humidiores ſint & frigidiores, vt q quoſdam viros ex ſuo cuiuſq; temperamento tentauit, hic permultas mulieres ex cōmuni. Equidem vtrunq; cenſeo conſentaneum eſſe. Nam eſt veriſimile frequentiores viris mulieres propter temperamentum ſuum cōmune tabe captas eſſe, ac præ cæteris illas, quæ eius erāt generis, cuius recēſuit viros. Quia vero ſubdidit melancholicum genus & ſubſanguineum, febribus ardētibus pręcipue fuiſſe & phrenitide affectum, ad memoriam, quæ didicimus, reuocemus, quibus multus ſanguis, & calidus generatur, prompte in melancholicorum humorum hos vitium deuenire.

figura seq temperamentu

Vide art. 3a Mont. fol. 278.

Hinc forrasse quispiam eliciet, ubi multus est sanguis ibi plurimum esse eius frecis quae nihil aliud est quam succus melancholicus.

Quare accipe non hos, qui atram iam multam bilem aceruauerūt, ſed qui ad generādam eam eſſent appoſiti. Qui ſane, vt calidis arriperentur morbis, ꝙ natura eſſent calidiore, merito factum eſt. Poſteaquam autem ſupra dixit pituitoſos eſſe tabificis captos morbis: nunc addita iis ætate dicit: Teneſmi iuuenes pituitoſos exercitabant. nempe ꝙ non tantum naturale temperamentum eſſet ad cōmittendum teneſmum pronum, ſed ætas quoq; calida eſſet: vt ex acri & putrida pituita teneſmū intelligamus ortum. Siquidem meatuʒ ad ieiunum inteſtinum ea pituita exulcerans ad excretionem aſſiduam ægros irritauit. Tenſiones autem habent teneſmi, & deſidendi cupiditatem, propterea ꝙ ægre pituita excerni poteſt, vehementiorem. Corporibus enim dyſenteria laborantibus præ craſſitie & viſcoſitate inhæreſcit, nō vt flaua bilis ſtatim permeat. De naturis bilioſis antea dicebam, merito illis bilioſam eſſe aluū cum propter pallidam, flauam & amaram, quā

ram, quam vocant, bilem: tum vero propter pinguem syntexim, quibus excrementis ob collectorum copiam vitiosorum humorum longa successisse profluuia ventris. 71

Omnibus, quos supra descripsimus, uer erat infestissimum, plurimosque sustulit. Aestas commodissima, minimeque multos peremit. Autũno rursus, & sub Vergilias multi interierunt. τεταρταιοι

Vitioso humore, qui collectus erat, in corporis profunditate retruso, ab aeris frigore, quo extrema hyeme, & ineunte vere erat infestus, haud iniuria maxime quidem tabidis, vt ante dixit, & vero etiam alijs vere contigit perire: Aestate, quæ serena erat, & sicca, omnes releuari. Iterumque aere sub arcturum in humidum vertente, merito multi toto autumno ad occasum Vergiliarũ in fine præsentis status, quartana febre perierunt. Quædam exemplaria adscriptum habent quarto: alia, febre quar-

tana. Et quæ his sunt vetustiora, literaз δ quæ aliis literis est maior. Sūt quibus nihil est omnino adscriptuз. Qui itaq; cum ι scribunt τεταρτη hoc est quarto, qua de re datiuo casu esse id dictuз iu dicant, hoc modo interpretantur: Multi die quarto perierunt. Qui sine ι esse id additum: similem esse hunc ante expositis in primo libro Vulgarium morboꝝ volunt, & quartum esse statuз: cō memoratis scilicet cum eo tribus illius libri statibus. At quibus in exemplaribus pro quarto, δ tantum est adscriptū ideз significatur ac quarto. Quod quidem non aliter, atq; notæ a Pamphilio Mnemone scriptæ, in coniectura videtur positum esse. Atq; hāc veteres vnā lectionem agnoscunt. Quidā qui hæc deflectere studebāt, cōmutata scriptura fecerunt τεταρταιοι, hoc est, quartana febre: atq; hanc esse totam orationē statuerunt. Autumno rursus & sub vergilias multi febre quartana interierūt. Itaq; tantum legit in suis exēplaribus Capito. Cui tamen subesse videtur mē

dacium, siue de ægrotantibus, siue de febribus accipias. Nam de ægrotantibus quidem prorsus est absurdum. Neq; enim probabile est præsentem humoris statum adeo esse cõsecutos acutos morbos, vt quarto die perimerent ægros. de febribus vero verisimile erat, tum quoniam deustam diuturnitate crassam materiã probabile erat in melancholicum transisse excrementum: tum quod anni erat tempus Autumnus. At febribus tamen vigentibus quartanis, non perijssent multi. Securã & enim scimus esse per se hanc febrez, vt de ea Hippocrates dixit.

Quartana ex se secura est: 99 .6.

De his, quę ad exitum libri sunt adscripta.

A pestilente tempestate sedeciz narrat ægros ad finem vsq; libri. Inde sunt adscripta quædam, de quibus videtur recte Dioscorides statuere, qui vult ea statim tempestati subtexta. huncq; illis libri locum in sua æditione attribuit. itaque ea hic nos exponemus, si

prius hoc tantum dixerimus. Videtur mihi hæc quoq; alius adscripsisse, non ipse scripsisse Hippocrates: Videtur vero mihi merito æstas insequens profecisse. Nam tollit æstiuos morbos instās bruma, æstas insequens brumales. At qui erat inconstans æstas. Etenim subito calida euasit ac austrina, ventiq; in ea siluerunt: profuit tamē ad alium statuȝ mutata. Enimuero reuocemus ad memoriam, quę de æstate in narranda tempestate scripsit in hæc verba: Æstas serena erat, & calida, magni erant æstus. Etesiæ parui non continēter spirauerunt. Quare par erat moderatiores æstate morbos esse, ex humorum, vt est dictum, ortos exuperantia, qui ineunte vere potissimum prodierunt. Quia illud frigidum, in altum corporis repulerat. iam æstas, quæ illud squalida & calida excepit, simul & ad cuteȝ malum traxit humoreȝ, & digessit eius portionem non minimam. Quo tempore si Etesiæ spirarent, morbosum humani corporis statum omnem abster-

Aestas brumales morbos tollit, et cotra: hyg. fa. seq.

ſerant. Quia vero eius ſupererat pars, moxq; ſub Arcturum flãte Borea multum pluebat, humores, qui nimis per cutem manabant, rurſus impediti ſunt & in profundum corpus impulſi. Hinc de integro ægrotare, multiq; mori cœperunt. Hac ergo de cauſſa ægrotantibus id temporis; æſtas nonnihil profuit. Non quo morbos, qui hyeme cœperunt, elidi ſit probabile æſtate. Tametſi ita ſe habeat res, vt qui hyeme emerſerint, æſtate profligentur: & quæ produxit æſtas, hyeme. Aeſtiui ſiquidem, & brumales morbi intelligendi ſunt, qui æſtate, quę in natura ſua conſtat, & hyeme præ cæteris exiſtunt. Ita eniʒ in Aphoriſmis Hippocrates dixit:
» At morbi omnibus omnes tẽporibus
» anni & exiſtunt & ingraueſcunt. Sunt tamen, qui certis anni temporibus præcipue emergant, ingraueſcantq;. Sub hæc quæ vere regnãt ægritudines, quę ęſtate, & autumno, hyemeq;, recenſuit: nimirum vbi nihil in aere innouetur. Nam ſi vere eodem die modo calor,

3° aph. 4°.

modo algor intēdatur, morbos ait au
tumnales impendere: Neq; enim tem
porum anni nomina, cæterum tempe
ramenta certas morborum formas cō-
mittunt. quæ vbi varient, non poſſunt
non vna ſecum morbos commutare.
Iā vero propoſita oratio morbos vult,
qui hyeme extiterunt, ęſtate repelli, vel
ſi vitioſo ſit æſtas temperamēto. cuiuſ
modi cum aliquando in Cranone fuiſ
ſet, carbunculos ſtatim excitauit. Qua
lis ſi in præſenti eſſet, plurimos maloꝝ
ſuccorum & putridorum abundantia
aucta & iam putrefacta peremerat.
Quamobrem mendacium eſſe appa-
ret, & refragari Hippocrati, brumales
morbos prorſus æſtate diſcuti: eius in
quam mendaciū, qui hoc præpoſuit:
Quos ducat Hippocrates ſingulis an
ni temporibus proprijs laboraſſe mor-
bis. Nec vero etiam eſt neceſſe reliqua
hic referre, quæ alias in vniuerſum præ
ſcripſit. Quare illa ſemel p̄teribo. Pla-
na nāq; ſunt oīa, & in libris, quos ante
hac enarraui, abūde de ijs diſputaui.

Nō nomī tpis anni, sed temperamētū variatas morbor. formas excitat

De ęgris post tempestatem.

Sedecim post tempestatem ægros descripsit Hippocrates, qui, vt quidam censent, in ea laborauerunt. quādo ipse, vbi finem facit de his, quæ tum acciderant, narrandi, sic dixit: ἦν δὲ πᾶσι τοῖς ὑπογεγραμμένοις χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ. Potest tñ de supra descriptis dictum esse verbum. qui vsus apud multos est. Nam sedecim hos ægros aliud tenebat morboꝝ genus, ac cōmemoratos ab eo in tempestate pestilenti. Verum quæ de his ægris prodidit, non fusam iam requirunt interpretationem, si memoria, q̄ ante exposuimus, teneas. Nam omnium prope symptωmatum & signorum, quoruꝫ Hippocrates meminit in ægris, de quibus verba fiet', reliquum, quod non sit ante dictum, est nullum. Itaq; summatim percurremus ea quę in ijs sunt scripta: sicubi quid se offerat, quod antea non habuimus, illud solum elaboraturi. 72

In Thaso Parium quendam, qui su- Aeger p.) 5

SEXDECIM ÆGROTANTIV POST statū pestilentem numeratio.

pra Dianę ędem decũbebat, febris corripuit acuta, primo continua et ardens. In principio sitibundus erat, & sopore tenebatur, rursusq; insomnis. Inter initia uenter turbatus, urina alba. Die sexto erat oleosa urina, delirauit. Septimo grauiora omnia fuerunt, nihil dormiuit, cęterum similes erant urinę, & mẽs perturbata. aluus biliosa, pinguisq;. Inde die octauo parum ex naribus stillauit. uomuit uirulenta, & pauca, aliquãtisper dormiuit. Nono nihil est mutatũ. Decimo cuncta fuerunt remissiora. Vndecimo sudauit, at nõ toto corpore. extremitates friguerunt, moxq; recaluit. Duodecimo febris acuta, deiectiones biliosę, tenues, multę. vrina nubes habebat. delirauit. Septimodecimo grauiter laborauit. Neq; enim vel somni, uel febris producebatur. Octauodetimo undiq;

Stilla nar.

ſudauit, inſomnis, deiectiones bilioſę, à cibo abhorrebat, ſopore tenebatur. Tertio & uigeſimo recidiua. Trigeſimoquarto febre fuit liber, aluus non ſubſtitit; atq; calor rediјt. Quadrageſimo febre liber, aluus ſpatio paruo non ſubſtitit, a cibo abhorrebat. rurſuſq; aliquantulum febricitauit, idq; ſemper inconſtanter modo a febre liber, modo nõ liber. Nam ſi quando intermitteret, eſſetq; leuior, repetiјt. ferculis etiam multis uitioſiſq; utebatur. Circa recidiuam ſomni mali, delirauit. urinamq; tum reddidit craſſam illam quidem, cęterum turbatam & malam. Aluus aſtricta rurſuſq; laxata. Febriculę continuę, deiectiones multę, tenues. Centeſimo vigeſimo die obiјt. Erat huic aluus ab initio ad finem vſq; lubrica, excreuitq; bilioſa, humida multa. Cum ſubſiſteret, feruida, & cru

da. Vrinę perpetuò malę. Sopore cum doloribus ſere tenebatur. Inſomnis erat, à cibo abhorrebat, continenter ardente febre laborabat.

Eſt interpretum quorundam argu/ta hic adſiduitas, qui ægri patriam aiũt nõ eſſe temere adiectam. Eteniʒ autho ritatẽ eſſe Aſclepiadæ Parios maximũ conſequi a ſanguinis miſſione emolu mentũ. Abſurdum vero ſit, quando ni hil hic de ſanguinis miſſione dixit Hip pocrates, ideo ægro putare patriæ ad/ ſcriptũ eſſe nomen. Multo iam faciũt abſurdius ij interpretes, qui nunquam inueſtigauerunt, cur in tanto numero ægroruʒ ſemel Hippocrates ſanguinis miſſionẽ appellauit, quod nos ſumus cõmentati. Quare iſtis repudiatis, quę iuuenum intereſt audiuiſſe, hæc refere mꝰ. Verbi gratia quod de vrina ſcripſit oleoſa in præſente ægro ſexto die. Nã quidem pinguem vrinã, ita cenſuit ab eo dictam eſſe, quæ liqueſcẽte pingui tudine per morbum feruidum, & adu/

fentem fit. Nónulli colore & crassamẽto olei similem. Equidẽ talem sæpe vrinam multo ægri detrimento redditam conspexi, imo vero interim plane econtrario, in morbi concoctione. Haud tñ est ita visa prorsus, vt oleũ, pinguis vrina. Nam quod modo narrauit, Vrina oleum & colore & crassamento repræsentans, nequaquam pinguis videtur. Et ipse aũt in præsagijs Hippocrates dicit: Pinguitudines telis araneorum similes innatantes esse considerandas: nam syntexin nuntiant. Nos vero pinguedines fluitantes vidimus frequenter, verum nũquã excretam talẽ prorsus vrinam, neq; in medio pinguia pendere, quo minus subsidere. Nam ita est comparatũ natura, omne pĩgue vt reliquis humoribus inuehatur. Ac ne in præsagijs quidem Hippocrates verbum de ijs vrinis fecit, cũ oĩa sit, quæ in acutos morbos cadũt, sedulo & aperte persecutus. Iaz etiam die eodez sexto ægrum dicit, de quo hoc loco agimus, biliosa atq; pinguia deiecisse. Quæ videntur aperte

Vrina oleosa: pessima.

2° lib. 35.

fundenti pinguedinem febri esse cõsequẽtia. Atq; videbitur his, qui pinguẽ putant esse vrinam oleosam, suffragari. Potest autem ad contrarium etiam referri. Nam omnino Hippocrates vrinas pingues diceret, si quidem hæ quoq; oleum reddant. Iam cum diuersa in vrinis & excrementis nomina vsurpauerit, innui videbitur suam vtriq; significationem illuz tribuisse. Quare mihi probabilius videtur vrinam olei referentem colorem & crassitiem hic oleosam dici. Vtrunq; ego interpretabor. Eteniz pinguia si vrinæ habuissent, ita vt excrementa, sint illæ censendæ, quidem prauæ, at non semel exitiales tamen ꝙ non perinde sit carnẽ colliquescere, ac adipem. Nam calor est feruentissimus, qui carnez fundit: moderatior qui pinguitudinem. Nempe fusa omnes putant medici, quæ aluo exeunt, a pinguibus deiectionibus distare. In peste quidem longissima nostræ ætatis colliquati aliquid prope omnes excreuerunt: quidam mere adusta, quidam

VRINA OLEOSA q̃ò

colliq̃tio carnis. et pinguedinis differt.

moderatius, omnes certe putida. Verũ enimuero eæ excretiones letales sunt, nec morbum ducunt. Parius hic viginti dies vltra centum ægrotauit, idq; cũ malam haberet rationem victus. Nã ipse d̃ eo Hippocrates scripsit: Et ferculis etiam multis vitiatisq; vtebatur, quo est factum, vt pinguem vrinam redderet die sexto & proximis. Non erat ergo eum cito mori necesse. Q d̃ si non fuit pinguis vrina, sed olei colore & crassitie adsimilis, vt ab vrina omnino erat etiam probabilius hominem non moriturum. Sed quod in eiusmodi obseruaui vrinis, rẽ multo vtilissimam, iam proferam. Nam vt non est ipsum oleũ vni⁹ neq; coloris, neq; crassitudinis, nec item oleosa vrina semel erat pallida, sed aut plus aut minus. Quatern⁹ igitur ad candidiorem tendit colorem, victo colore pallido, hactenus humorũ denotat cruditatem. At vero vehemẽter pallidus, vt ad flauũ accedat, biliosum calorem. Periculum igitur his vrinis nõ ob prauitatem subest sed ob se-

Cur ad 120 dies obierit nimio morbo oppressus.

Nota de oleosis Vrinis

bris vim. Quorum aliqui, si reliqua sunt cuncta salubria, breui liberantur. Nihil habet ergo admirationis, si in talibus vrinis quis longo tempore morbum traxerit, vtro modo oleosas accipias. Non enim sunt illæ quidem salubres vrinæ, non tamen magnopere pernitiosæ. Porro ex his quæ in exitu scripsit historiæ, prauitas humorum quædam tenebat Parium biliosa, & ventris, iocinorisq; extinguebatur facultas. Nam vbi finem imponit ijs narrandis, quæ illi acciderunt, scripsit perpetuo vsq; ab initio turbatam aluum fuisse deiectionibus biliosis & humidis. Interim etiam suppressam fuisse feruentibus crudisq; deiectis. Hinc tibi humorum, qui morbum induxerunt, liquet vitium. Itidem ex eo quod toto fere morbo oppressus sopore fuit, & insomnis. Iam fuisse extinctam naturalem facultatem eius defectus in morbo appetitus significat. Neq; enim latet Hippocratem ἀποσίτους more antiquorum Græcorum eos, qui appetentia carent, appellare. Atqui videtur imbecilla fuisse natura, quæ iudicium sæpe

i. seu pinguedine in se habere uidetur, seu sibi in colore, seu crassitie similes oleo.

sopor cum uigilijs.

Nam imbecilla frustra crisim tentauit

moliretur, nihil tamẽ ꝑficeret, ſed morbo eſſet inferior. huc acceſſit malus hominis victus, qui quidem non leue ad fert ad exitium momentum. At uero dierum decretoriorum ratio exacte & hic conſtitiſſe videtur. Omnes enim decretorij motus & recidiuę in hoſce dies ægro inciderunt. Etenim vndecimi meminit, & quartidecimi, a quo decimi & ſeptimi, atq; quadrageſimi. Poſtremi omnium cẽteſimi uigeſimi, quo defunctum eſſe hominem ait. Quod uero dixi ante, non præteribo hic. Siquis errores interpretum huius libri refutet, in crimen incidet loquacitatis. Itaq; ut illic quædam ſum exempli gratia referre compulſus, ita hoc loco faciam. Sabinus ergo quod de ægri patria attulit, ſupra indicaui. Quæ uero de oleoſa ille vrina, hoc loco commemorabo. Tanti enim huiuſce rei commentatio eſt. Itaq; de ea in hæc verba ſcribit: Oleoſum igitur ſunt qui bilem dicãt eſſe, verũ nõ eſt bilis, quãquã non ita eſſet pnitioſuʒ. Nam bilis frequẽter exit, neq; offendit

gequā. Alij neruos, ossa, & cartilagines dīt fusa esse: huius enim oīa hæc coloris esse. Sed fallūtur hi, qui colorē oleosum ossibus ferunt, & cartilaginib⁹, neruisq; esse similē. Neq; enim eatenus vita sit extracta solidis partib⁹ marcescētibus. Vigesimo enim die supra centesimu3 vita excessit. Neq; tali reddita vrina perijt quisquam. An vero propterea potius hic est æger descriptus, vt ideo ostendat, oleosa reddita vrina nullam esse mortis expectationem, sed aliquā diu sustinere potuisse violētiā: deinde mortuum esse. Itaq; salutis spem fuisse nullam superato morbi feruore? Hic ꝑdictis Sabinus mox adiūgit: Quid est ergo oleosum? Vt oleum externū ignē alit, ita nostræ naturæ, quæ adsimilis ē igni, alimentū est coctoꝝ ciboꝝ adeps. Proinde oleosa vrina nutrimentu3 est naturæ: ostenditq; naturā cibum non sentire, ideoq; iam emortuam esse, qa non nutritur natura. Longus vero ita morbus iure erat, quod pars tm̄ detraheref, non vniuersum naturę alimētū.

Hæc

Hæc verba sunt Sabini, cuius est sententia: queadmodū externus hic ignis oleo nutritur, sic insitum nobis caloré. Itaq; oleum est his ex vsu, qui corpus recuperare volūt: Ad hæc vt colore & crassitie sit simis oleosa vrina oleo, non pinguitudine tamen, vel olfactu, vel gustu. Quare mireris sane hos, qui cuȝ aliena male reprehendant, sua placita nullo iudicio literis pdunt. 73

Mulier quædam, quæ apud frigidā aquam in Thaso ægrotabat, postquam filiam peperisset, nec esset purgata, tertio a partu die febre correpta est acuta, & cum horrore ueniente: multo tamen ante partū ex febre decubuerat, cibūq; fastidierat. Vtriguisset, febres fuerunt continuæ, acutæ, cū horrore. Die octauo. proximisq; diebus multū delirauit, redijtq; statim ad mentem. Aluus turbata multis tenuibus et aquosa bile mistis, non sitiebat. Vndecimo mentis erat com

Aeger 5 2 mortuus e

pos, sed erat sopita. Vrinæ multæ, tenues, et nigræ, insomnis erat. Vigesimo extremitates friguerunt, statimq; calor rediit, nonnihil delirabat, insomnis erat. Aluus eadem erat. Vrinæ aquosæ, & multę. Vigesimoseptimo febre uacabat, substitit aluus, nõ multo post dextra coxendix grauiter diu doluit, febres reuerterunt, & urinæ aquosæ. Quadragesimo coxendicis dolor remissus fuit. Tusses uero assiduæ, humidæ, multæ. aluus est repressa, cibũ fastidiebat, in urinis nihil est innouatum. At febres uero omnino non intermittebant, nulloq; ordine, nunc accedebant, nunc non: Sexagesimo tusses obscure euanuerunt. Neq; ulla enim sputorum erat concoctio, nec alius solennis abscessus. dextra maxilla detracta est, sopita, iterũ delirauit, statimq; resipuit, cibos nequaquã tulit, ma

Coxēdicus dolor in e-mixa.

xilla ad locum suum rediјt. aluus biliosa, pauca reddidit. acutius febricitauit, inhorruit, sequentibusq; diebus obmutuit, rediјtq; ad mentem & est loquuta. Octogesimo expirauit. Vrinæ huius perpetuo nigræ erant, tenuesq;, & dilutæ: æstusq; consequebatur. cibum non sumebat, animo erat deiecto, insomnis, iracunda, implacida, animo melãcholico. Die 80. obijt.

Adnotandum puto, qui factum sit, vt nihil de hoc, apud frigidam aquam. Sabinus dixerit: cum ille dicere posset, hac de re mulierculam refrigeratam in valetudinem incurrisse. Nam hoc multo erat probabilius his, quæ in Parium sunt dicta, & in eum qui in horto decũbebat, & qui prope ædem Dianæ, eũq; qui propter nouuʒ murum habitabat. Itaq; videtur suppressa in partu purgatione incidisse mulier in morbũ. Quippe menstruorũ suppressio offendit, tamen non perinde, vt si a partu suppri- Mensium suppressio magis a partu officit

mantur, officit. quod non abundátiam modo, sed insignem etiam humorum pariat prauitatem. Nam meliorẽ sanguinẽm ad se foetus nutrimenti caussa alliciens, relinquit deteriorẽ, ideoq; prægnates prauis humoribus implet, quos a partu euacuat natura. Quod cũ maiores animaduertissent, puerperarum a partu vacuationem, excretionẽ sanguinis vocitauerunt. Est vero etiam menstrua vacuatio, non solũ vacuatio, sed & purgatio: verũ non est æquabilis tamen multitudo vitiosorũ humorum, neq; pati spatio menstruis circuitibus congeritur, quanta dum partum gerit. In vniuersum vero melancholicus apparet sanguis, quem a puerperio effundunt. Proinde etiam cõspiciuntur vrinæ omnibus infectæ esse, vt si fuligo quępiam in eas incidisset. Quod vtiq; Hippocrates & de hac scripsit muliere: quinto die, dicẽs, vrinæ, multæ, tenues, nigræ. Equidem quádam noui, quæ talibus vrinis magna copia euacuatis auxilium percepit, Alias nõ est huic tale

euacuatum. Nam in dilutas conuerſæ eſſent ei vrinæ multæ, tenues, nigræ. Quare in vigeſimi diei ſcriptũ eſt narratione, vrinæ dilutæ, multæ, malæ: Poſtea quadrageſimo die: In vrinis nihil eſt innouatũ. Quin nec aliã eſt illa vacuationem conſecuta, nec abſceſſum. Itaq; poſtquã diu laboraſſet, octogeſimo die obijt. Nam ipſe ſic Hippocrates ſcripſit: Neq; enim vlla ſputorũ erat concoctio, nec alius ſolennis abſceſſus. licet ſtuderet ilico natura redundantiã ad coxendicem deponere, ſed hæc videtur reciprocata. Nam ille dicit: Quadrageſimo coxẽdicis dolor remiſſus eſt. Tuſſes vero aſſiduæ, humidæ. Enimuero ſæpius iam audiuimus, q thoraci cõſortium cum genitali ſit. Habes eorum quæ huic mulieri acciderũt capita. De his quæ in propoſita oratione ſunt ſeparatiʒ ſcripta, excremẽta ὑδατόχολα, quidam per χ & λ ſcribũt, quidam per χ, & ο, & λ: atq; eſſe illa quidem tenuia (vt aqua eſt. Nam tenue vtrunq; nomen indicat) cæterum colore diuerſo:

Thoraci consortium c[um] genitalibus: idem 25.2

ὕδατο χλοα graminis reddere colorem, ὕδατό χολα bilis. Iam tertia etiam scriptura fit per χ, & ρ, ὕδατος χρόα, id est, aquæ color: quæ nec in antiquis, & fidelibus exemplaribus reperitur, estque plane mendosa. Nam aquosæ vrinæ ex nominis argumento, & materiã representant tenuem, & colorem album. Porro in historia huius ægre Hippocrates est affectata quadã abusus dictione, alioqui clarissime hoc libro omnia loquutus. Scripsit ergo dictioné in hũc modum: πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν. quod nos vertimus: Cibos nequaquã tulit. Maximum appetitus defectum, & eorũ odium vox illa indicat. Quod signũ esse perniciosum, frequenter est dictum. Operæpretium est autem mirari, cur nihil Sabinus de notis singulis ægri subditis dixit: de quibus quia secundo cõmentario satis disputaui, nihil est etiam, quod hic de eis faciam mentionem. Atqui ille in singulis ægris instituit, & detegere conatur interpretum ineptias.

Appetitus a[...] odius, indi[...] [...] pnicio[...]sum:

In Thaso Pythionem, qui supra Herculis fanum decumbebat, ex laboribus, lassitudinibus, parum habita uictus ratione magnus cœpit rigor, & febris acuta, lingua inaruit, sitibundus erat, non dormiuit, urina subnigra, nubes sublimes, non subsidebāt. Altero die sub meridiem extremæ partes frigebant, præter cæteras, manus & caput, obmutuit, uoce defectus est, diu breuis spiritus. rediјt calor, sitiјt, nocte quieuit, circa caput modicum sudauit. Die tertio interdiu quieuit. uesperi sub solis occasum aliquantum friguit, turbatio, nox molesta fuit, nihil dormiuit. ab aluo frigida, compacta stercora descēderunt. Quarto mane quieuit, ad meridiem omnia irritata sunt, frigus, mutus, sine uoce, in deterius calor rediјt. Post paulo urinā nigram cum nubibus reddidit. Nocte

Aeger 5 3 periyt:

placide quieuit. Quinto releuatus ui-
ſus eſt eſſe, uentrem tamen cum dolore
grauitas tenuit, ſitibundus, noctem la-
borioſam habuit. Sexto mane quieuit,
ad ueſperum dolores increuerunt, gra
uius habuit, ueſperi indito clyſtere com
mode aluum reddidit, nocte dormiuit.
Septimo die faſtidioſus, iplacidior erat,
oleoſum minxit, nocte eſt multum tur-
batus, delirabat, nihil dormiebat. Octa
uo mane aliquantum dormiuit, moxq́;
frigus eum cæpit, ac uox eum defecit.
Spiritus exilis, & breuis. Veſperi rur-
ſus calor rediſt, delirauit. Iam antelu-
cano leuius habuit, aluus mera, pauca,
bilioſa. Nono cum excitaretur, ſopitus
erat, non perinde ſitibundus. Sub ſolis
occaſum grauiter ſe habuit, delirauit no
ctem incõmodam habuit. Decimo mane
ſine uoce, multum frigus, febris acuta,

multus sudor, expirauit. Diebus hic paribus affligebatur.

Vel huius offendes omnia ab initio symptωmata, & signa letalia fuisse, & accessiones diebus paribus, vt ipse indicauit Hippocrates, cum in vndecimi diei narratione, quo obijsse illum dicit, addidit, Diebus hic paribus affligebatur. Etenim mortem generale iudicij significatum amplectitur, vt est ostensum. Iam seruatum in hoc etiam est ægro, vt iudicia ijs essent prorsus diebus, quibus grauius laborabat. qđ cum in dies pares incideret, mors quoq; in die est consecuta pari. Porro in narratione symptωmatum huius duo sunt, quæ interpretem requirunt, quorum in respiratione est alterũ. Nam breuis spiritus est in diei secundi expositione scriptus. Et exilem spiritũ, breuéq; octauo die habuit. Didicisti autẽ tum in primo de dyspnæa cõmentario, tum secundo in Præsagia, (vbi hanc dictionẽ sumus interpretati: Spiritus si frequens sit, do-

spirũ breuis

spus exilis et breuis

Spiritus frequens qd indicet

lorem significat, vel inflammationem supra septum transuersum (paruũ esse quendam pariter & rarum spiritũ, qui, cum refrigeratur, & emoritur iam vitalitas, fit. quod symptomate quodam separabili indicauit, hisce verbis: Si frigidum e naribus, & ore expiretur, exitiale iam est admodũ. Eundem puta eũ hic dixisse, secũdo die breuem, octauo exilem, & breuem. Nam quidam est alius præterea spiritus breuis simul, & frequens dolorem denotans, vt demõstrauimus, aut in spiritui attributis partibus, aut illorum vicinis. Verum ambos si inter se componas, pauciorem multo foris aerem attrahi intro in altero offendes, quem paruum simul & rarum dixit fieri. Nã frequentia si ad breuitatem accedat, assiduitate defectum cuiusq; respirationis resarcit. Vt qui assidue bibunt modicum. Siquidez hos βραχυπότας, id est, modicum potantes appellabis, qui & parum bibunt, & magno interiecto spatio. Nam si parum quis, & assidue bibat, hunc simpli-

Paruus rarus spiritus

spũs breuis & freques dolore denotat

citer non βραχύποτον, ſed paulatim appellaueris bibentem. Haud aliter qui proprie breuis ſpiritus vocatur, quoties animam trahit, non paruum tantum, verum etiam interuallo longo interpoſito per guttur externum aerem attrahit. Quæras ergo fortaſſis, quid Hippocrates primo die febrem prædixerit acutam fuiſſe, alteroque die hominem breuis fuiſſe ſpiritus. Nam nos in vehementibus febribus demonſtrauimus magnum ſpiritum & frequentem eſſe. Reſpondemus primo die calorem per putreſcentes humores ſuccenſum febrilem, ipſum quidem digeſtum eſſe: relictum vero natiuum tantum adeo iam infirmum, vt iam prius extingueretur, quam febrilis de integro accéderetur calor, veluti feruentibus, qui computreſcerent, ſuccis. Alter dies frigoris attulit ſignum. Cuius quidem eſt maximum ſignum, quod breuis ſpiritus dicatum hominem fuiſſe & friguiſſe. Nam de ſecundo die ita ſcribit: Altero die ſub meridiem extremæ partes frige-

Quæsitu

Respons.

bant, præter cæteras manus, & caput, mutus, voce defectus, diu breuis spiritus. Rursus de octauo die hæc tradit: Octauo mane aliquantum dormiuit moxq; frigus cepit & vox eum defecit, spiritus exilis & breuis. Vbi mihi hoc quoque attende. Cum est refrigeratus, vna cum vitiata respiratione, voce esse eum defectum dicit, quod solet etiam interim emortuam naturam comitari. In quarto die cum scribit, frigus, mutus, sine voce, in deterius. Ostédit adiecto (in deterius) etiam breuis illum spiritus fuisse. Reliquũ ergo est, hic vt declaremus, cur post mutus addiderit, voce defectus. Cuius hęc est ratio. Sermonem, nec omne qđ auditu proprie sentitur, antiqui vocare videntur, nec illud species eius sit sola, quod de industria per animantis emittitur os, in quo continetur fletus, sibilus, luctus, tussis, & id genus alia: sed vnam hominis vocem, qua inter nos colloquimur, sermonem & Græce αὐδὴν nominant. Itaq; etiam Poeta, vbi suos equos alloquétem in-

ducit Achillem, ibi alterum eorum ait respodisse lingua humana.

Huncregina(enim inquit)loqui fecit dea candida Iuno:

Non quasi antea voce careret, neq; cõmuni equorum sonaret, cæterum non illa, quē sermonem appellant. Sic deā dicit loqui, quæ humana vteretur lingua. ꝙ eam etiam humana esse forma ferant; cum dij eius figuræ omnes non sint. Nam sol plane & luna, reliquaq; sidera longius ab humana forma recesserunt. Vnde etiā Hippocrates obmutuisse quidem dixit, ꝙ loqui non valeret: voce defectum esse, ꝙ nec lugere, nec clamare. Quod certe multo liquet deterius, q̃; obmutuisse esse. Nam quibus sola est resoluta lingua, possunt interdum clamare altissime, tamē loqui non valent. Qui sine vocem quidem mittere queant, extremæ est hoc extinctionis facultatis signum. vbi, qui eo in statu sunt, neque lugent, neq; gemunt, neq; sonare omnino possunt. Sabinus, ita vt alij, qui nullā omnino habet vo-

No oēs dij sūt formę humanę,

Mussiert

voce de..

Vox amissa, extinctae facultatis nota

cem, hunc arbitratur mutum esse dictũ. Voce defectũ perinde ab Hippocrate ait scriptum esse ac attonitũ: quasi vero ita affectum attonitum vocare non potuisset. Atq; nec reliqua, quæ in hoc sunt affectu dicta consentiunt præsentem ægrotum attonitum fuisse. 75

Phreneticus primo, quo decubuit die, biliosa, uirulenta uomuit, & multa, & tenuia, febris cum horrore ueniens, copiosus sudor, assiduus toto corpore. Capitis et colli dolorifica grauitas. Vrinæ tenues. nubes paruæ, dispersæ, non sudauit. Aluus stercus affatim reddidit, multum delirauit, nihil dormiuit. Postridie mane uocẽ amisit, febris acuta, sudauit. nõ intermisit, toto palpitabat corpore. Nocte contractus est. Tertio die cuncta ingrauescebant. Quarto defunctus est.

Acutissimæ phrenitidis hic æger est

exemplum, primo ſtatim die vna cum febre inceſſentis. omneiſq; certe vidimus, qui quidem ita phrenitide perciti eſſent, intra ſeptimum diem mortuos eſſe. Perpauci hiq; rari hunc ſuperarũt. Eſt vero eorum morborum admiranda generatio, quonam pacto in commode valentes ſubito inuadant. Nempe non eſt perinde generationis ſubita cauſſa, ac ipſorum eſt generatio: vt ſi medicamentum homo letale ſumpſiſſet, vel beſtia eum virulentiſſima momordiſſet, ſed pedetentim, in corpore cauſſæ, quæ ſunt excitandis huiuſcemodi malis creſcunt. quod morſis vſu venit a rabidis canibus. Nam apertum eſt non otiari, neq; conquieſcere canis venenum, licet ſe nõ prodat multis interim proximis menſibus. Verum illis, cum viderint aquam, formido nec opinantibus inceſſit; poſteaq; breui moriuntur. Longo enim tempore cauſſa, quæ rabiem efficit, augetur, quę vbi eo tandem peruenerit, mortem adfert repentinam. Item in hac phrenitide vi-

Causæ morbor. paulatī serpūt, morbis uero statim pululat.

Canis rabidi uenenum. nō ociat.

tioſus in corpore humor coaceruatus fuit veneno letali ꝓpe adſimilis,in corporibus vicinis aliquid paulatim agẽs: quæ quãdo vitio iam opportuna erat, humorq; ipſe euaſerat vitioſiſſimus,letale repente apparuit ſymptωma. Nãq; ſic phreneticus initio ſtatim vomuit virulenta;quod febribus adurẽtibus fere eſt conſequens. Itaq; vt ueneno epoto letali quidã poſtridie uel tertio die moriuntur,genere eorũ,non copia mortem afferente. & item hic quoque æger ſtatim tertio die cenſendus eſt obijſſe, a qualitate ſuccorum uirulentorum,nõ a phrenitide peremptus: at phrenitis illum eſſe ſubſecuta, ſymptωmatis uice. Equidem quarto die & quinto acuta a primo ſtatim correptos phrenitide uidi exanimatos eſſe,tertio nõ uidi. *Sic* nec uigeſimum diem attigiſſe. Quare hũc uidet Hippocrates ut uelociſſime peremptum ob oculos nobis proponere. Et alterum paulo poſt,qui præter omnium expectationẽ diu uitam produxit,de quo ſuo loco diſſeremus.

Larissæ caluo, dextrum femur doluit repēte, nihil remedijs ē profectum. Primo die febris acuta, ardēs paulatim, neq; comitabantur dolores. Altero die femoris remissi sunt dolores, febris vero increuit, implacidior erat, non dormiebat. extremæ partes frigidæ. multa vrina, neq; ea bona reddebatur. Tertio femur desijt dolere, mentis alienatio & turbatio, multumq; sese iactauit. Quarto ad meridiem perijt acutissime.

Hoc lecto ægro, si quidem animum dictis diligenter aduertas, plane si quēuis dolorem attenderis, non præcipitanter timidus eris, neq; temere securus. Sed si qua forte pars doleat primū ecquæ fuerit externa caussa animaduertas. Nanq; in motibus quibusdam imprudentes quidam læsi sunt, & dormiendo qui minus commode partem aliquam composuerint: in conuertendo, & contorquendo subito partes ri-

gentes, & ante refrigeratæ, conuulsionibusq; & elisionibus correptæ, dolores maximos creant. Et vero rupturæ etiã quibusdam dolorem afferunt, præ cæteris, qui sicco sunt temperamento: atq; adeo si iclinata ætate, vel senes sint. Quod si nulla talis doloris videatur caussa esse, proximum est considerare quæ pcesserit ratio victus, ecquid ignauior, præter institutum sit, aut cibo sit homo pleniore vsus magni nutrimenti, aut solennes illi excretiones substiterint. Nam si quid tale sit, aut si omnino plenitudo caussa doloris antegressa videtur, quamprimum hominem vacuato. Tum enim securissime fluxiões reprimentia partibus dolentibus applicaueris. Nam si ante vacuationem identes, humorum abundãtiam ad principes parteis retorquebis. Imo ne fouere quidem, & lenire ante corporis vacuationem parteis dolentes licet. Nam sæpe pars affecta omnino ob ea remedia allicit humorum affluentiam. Ita alterum homini discrimen accedit, vbi

nimium ſit inflammata pars. Etenim etiam ipſe, vt iam noſti, verba fecit de iſtis abſceſſibus, quorum aut capax pars non ſit, aut ſi ſit, non ferat. Sin nulla ex præcedente victus genere eſſe affluentia in corpore appareat, remediis ad dolorem facientibus tuto vtaris licet, fomentiſq; ac medicamentis humidi & calidi effectus: quorum in cõmentarijs de medicamentis materiam didiciſti. Qui ſi his non cedat, relinquitur vt totum corpus vacuetur. Etenim ſæpenumero in eo abundantia paulatim eſt coaceruata, vbi apud ſe ciborum homo non animaduertat neq; quantitatem, neq; qualitatem. Eſt cũ denſata plus iuſto cutis de cauſſis abditis, ſudorum intercluſa digeſtione, abundantiam humorũ induxit. Quare dolorem ſi remedia non ſedét, æger primo quoq; tempore eſt vacuandus. Ego vero in ſurdo hoc certe, detractus ei ſanguis ſit, nec ne, non habeo conijcere. Nam quatenus dicit Hippocrates nihil remedijs eſt profectum,

quando localibus tuto in doloribus uti liceat :—

Humorũ-fit abũdatia ob densatã cutem

caluo

poſſit aliquis dicere, in remedijs Hippocratem ſanguinis miſſionem appellaſſe. Alius dicat non eſſe de adhibitis illi auxilijs. verum quia mente excidit tribuſq; diebus obijt, relicta auxilia eſſe. Porro ad finem in exẽplaribus concinnatis tum huic ægro, tum proximo eſt adſcriptum primum acutum, deinde notæ illæ, de quibus vt dixi, prudenter Sabinus reticuit. Zeuxis in vnoquoq; ægro malos interpretes reprehendit. Nobis vero adſcriptitia illa præſenti ſermone certum eſt præterire. Scribam enim, ſi viſum fuerit, his, qui in iſtis libenter curioſiq; ſunt, ſeparatim integrum librum, vbi de notis cuiq; additis ægro ſermo habebitur. In præſenti vtilibus confundere non decet inutilia.

77

Periclem Abderæ febris corripuit acuta, continua cum dolore, multum ſitiebat, faſtidioſus erat, potum non poterat cõtinere, erat lienoſus, grauatoq; capite. Primo die ex ſiniſtra nare ſan-

guis profluxit multus, tamen febris increscebat, minxit multum, turbatum, album. reposita vrina nō considebat. Secundo die omnia fuerunt grauiora. at vrinę crassæ quidem erant, verum magis subsidebant. fastidium leuatum est, dormiuit. Tertio febris mitior fuit. Vrina multa & cōcocta, in qua multū subsidebat. Nocte quieuit. Quarto sudor prorupit toto corpore multus, & calidus, à febre liberatus est, neq; rediit.

Acutum.

Exemplum hic ægre est acutissimi morbi, horrendi illius quidem rudibus, cæterum breui iudicādi, prudentibus. Nam cum lienoso primo statim die de sinistra nare copiosus profluxisset sanguis, vrina item crassa esset, & non consisteret, & albo colore esset: tum altero die cōsisteret, melior erat de ægro spes. Ad hæc vbi secundo die hominem fastidium reliquisset, & dormiuisset, cer-

tior iam breui fore hominem incolu-
mem ſpes erat. At poſtquam tertio die
eſſent optimæ & copioſiſſimæ vrinæ,
clarum iam erat quarto valetudi-
nis die liberatum hominem iri mor-
bo. [illegible] et sudor post [illegible] 78
apparuit calidus, [illegible] copiosus.

Aeger evasit, 7: Abderæ virginem, quæ in veſtibulo
templi ægrotabat, febris cœpit acuta, &
ardens. ſiticuloſa erat, & inſomnis, men-
ſes autem ei primum profluxerunt. Eam
ſexto die multum cœpit faſtidiũ, rubuit
colore phœniceo, languebat. Septimo
die eadem erant. Vrinæ tenues, ſed bo-
ni coloris, venter commode habebat.
Octauo ſurditas: febris acuta, iſomnis,
faſtidioſa, horrebatq;, mentis erat com-
pos. Vrinæ ſimiles. Nono nihil eſt
mutatum, nec proximis diebus, man-
ſit item ſurditas. Quartodecimo mens
perturbata fuit, febris remiſſior. Se-

ptimodecimo multum prorupit ex naribus. Surditas est nonnihil imminuta. Sequentibus diebus eam fastidium surditasq; tenebant, eratq; delira. Vigesimo ei pedes dolebant, surditas, & delirium eam deseruerunt, aliquantum è naribus profluxit, sudauit, febre fuit liberata. Quarto & vigesimo repetijt, redijt surditas, pedes assidue dolebant, mente excidit. Vigesimoseptimo multum sudauit, febre caruit, surditas eam reliquit, restabat pedum dolor, cætero fuit exacte liberata.

Ex humorum hæc abundantia videtur ægrotasse. Et quantum portendebant prima symptωmata, mortem certe huic timeres. Sed bonus vrinarum color, in his qui humorum affluentia laborant: maximum est signum: quæ quia crassæ non erant, fore longinquiorem morbũ de-

Bonus color urinarum. —

nunciabant. Porro vt in oibus ægris, & ita etiam videntur hic seruati decretoriorum dierum esse circuitus. Iam natura quoq; in hac decretoria signa & symptomata videtur prætulisse. 79

Aeger 8. euasit: *Abderæ Anaxion, qui ad Thracias portas ægrotabat, in febrem acutam incidit, dextri lateris assiduus eum dolor cruciabat, tussim habebat aridam, neq; primo expuit, sitibundus erat & insomnis. Vrinæ boni coloris, multæ, & tenues. Sexto die delirabat, fotu nihil remittebatur. Septimo dolor illum excruciabat. Quippe febris intendebatur, nec sunt imminuti dolores, simulq; tusses infestabant, difficulter etiam spirabat.*

agr. 139 *Octauo cubitum secui: multum, vt debebat, effluebat: leniores ibi euaserunt dolores, sed tusses aridæ permanebãt. Vndecimo febres fuerunt mitiores, aliquantum circa caput sudauit. Etiamnum tus-*

ſes durabãt, & pulmonis liuidiora erãt excrementa. Decimo & ſeptimo cœpit pauca & concocta expuere, leuatus eſt. ſitibundus erat, & pulmonis parum bonæ purgationes. Vigeſimo ſudauit, febre liberatus eſt, à iudicio rectius habuit. Vigeſimoſeptimo rediјt febris, tuſſiјt, multa excreauit concocta. In vrina multa ſubſidebant alba, deſiјt ſitire, dormiuit. Trigeſimoquarto toto ſudauit corpore, ceſſauit febris. In totum eſt liberatus.

In hoc vno ægrorum primo, & tertio libro deſcriptorũ de ſanguinis miſſione Hippocrates fecit mentionem; non vt ſolo, cui ſanguinẽ miſiſſet, ſed vt octauo die ſolo. Nam tum etiã medici quaſi lege certa vltra quartũ diẽ venam non ſecabant. Quando igitur huic octauo die miſſus ſanguis ẽ, multo certe plures cenſeas ſanguinis miſſionem requirentes ſecundo, tertio,

Cur sanguinis missionis meminerit



quarto die auxilio hoc esse vsos. Reticuit autem Hippocrates, sicut remedia alia omnia: tamen necesse interdũ habuit scribere auxilia nullius vsus fuisse, vt incommoditatẽ suggereret morbi. Neq; enim lucubrationem hic curationis instituit, sed præsagitionis conscribere. Nonnullis etiam ægris videtur non fuisse ab initio præsto. Quare adscribit interim ad finem: Postquam hominem ego vidi, hoc & hoc accidit prorsus. Ego vero ignorantibus, etiam horum ægrorum libro primo de iudicijs præscripsi vsum. Vbi quomodo semel crudum morbuȝ cognosces: quo modo eum, qui iam primum maturescit, quo pacto, qui proficit in concoctione, dilucide studui ostendere. Ideo q; Anaxion hic, dum semper tussiret, nihilq; plane expueret, crudissimo con flictabatur lateris dolore. Qui cum die vndecimo expuere cœpisset, morbum significauit concoqui. Deinde pedetentim tempore progrediente ita scripsit Hippocrates in vigesimosepti

no in Critone · 130

mo die: Multa excreauit concocta. In vrina multa ſubſidebant alba. Quam ob rem trigeſimoquarto eſt prorſus a morbo vindicatus. 80

Abderæ Heropyto caput dolebat, nec decumbebat, quod tamen fecit paulo pòſt. hic ad ſuperiorem viam habitabat, captus eſt febre ardente & acuta. Primo vomuit multa, bilioſa, ſitibūdus, multū implacidus. Vrinæ tenues, nigræ, nubes ſublimes interdū, interdū non, noctem habuit moleſtam. Febris aliàs aliter accedebat, ſed ferè inordinatè. Ad diem quartumdecimum ſurditas, febres creuerunt. Vrinæ eædem fuerunt. Vigeſimo multum ex naribus ſanguinis profluxit, menteq; conſtitit magis, ſurdus quidem, ſed non perinde fuit. ſed febres fuerunt remiſſæ. Proximis diebus crebro ex naribus ſāguis & paulatim erupit. Ad diem ſexageſimum narium qui

dem ſubſtitit profluuium, ſed dextera coxendix admodum dolebat, febreſq; increuerunt. Haud multo pòſt partes inferiores omnes dolebant. Fiebat autẽ, vt vel febres maiores eſſent, maiorq; ſurditas: vel hæ quidem remitterentur, alleuarenturq;, verum partes inferiores ad coxendices ſitæ vehementius dolerent. Iam vero circa diem octogeſimum cuncta remiſſa ſunt, nihil tamen deſtitit. Etenim vrinæ boni coloris, & copioſiores, cũ ſubſidentibus exierunt, deliriaq; imminuta ſunt. Ad diem centeſimum aluus fuit turbata multis bilioſis, durabantq; diu multa talia, deinde dyſenterica cum dolore. Reliqua leuia fuerũt. Paucis, febres eum reliquerunt, diſceſſitq; ſubditas. Centeſimo eſt abſolute ardens febris iudicata.

Hic vir nõ eſt negligẽdus; qui morã

pro humorũ decubitu variy succedebat affectus.

Dysent.ª post ... mor vi dies.

bū graué viriū robore excepit: alioquī tāto morbo futurus ipar. Et oīno pulsibus eius inerat robur; simulq; reliqua oīa ſm naturā ɔſtabant. Dixi vero & aliubi Hippocratē pterijſſe hanc partē in febricitātibus pſagitionis. Iā ēt reſpiratio vr̄, & appetitus laboranti inculpatus fuiſſe, q̄ magni ſunt, vt ille ipſe docuit, ad ſalutē pōderis. At febris primo quidē acuta inuaſit, verū eius poſtea ē violētia retuſa. De qua ſcripſit Hippocrates: Febris alias aliter accedebat, ſed fere inordinate. Vnū vero hēbat æger malū ſignum, vrinarū tenuitatem & nigritiē. Vnde natura vix longo tpe morbū debellauit, ſanguinis concitata eruptione die quadrageſimo ex decretorijs vno, coxēdiciſq; dolore, deniq; omnium inferiorū partiuz creato. Nēpe.n. magni morbi ēt quærunt, q̄ iudicēt ſe, egregia. At neq; ho c plane ē diſcuſſus morbus. ſed circa diē vigeſimum ſigna eluxerunt ex vrinis eius maturationis. poſtea vſq; ad centeſimū diē paulatim concoctus, omnino eſt profligatus. 80

Morbus ſig. uis, ob uirium robur ſuperatus:

Respiro, & appetitus illesi, sunt magni ad salute ponderis:—

Morbi .n. coctam, ... ſe ... [illegible] ... obtinuit, magnæ ſalutis inditiū.

Anger. ex 5. Abderæ Nicodemum ex venere & potu corripuit febris. Initio fastidiosus erat, cor ei dolebat, erat siticulosus. Lingua torrida. Vrinæ tenues, ac nigræ. Postridie febris accessit, horrebat, fastidiosus erat. non dormiuit, vomuit biliosa, flaua. Vrinæ similes. noctem quietã duxit, dormiuit. Tertio die sunt cuncta relaxata, & remissio fuit. Sub solis occasum rursus grauius habuit, nox molesta fuit. Quarto rigor, magna febris, omnia dolebant. Vrinæ tenues cum nubibus, multum delirauit. Septimus dies leuis fuit. Octauo alia fuerunt omnia remissa. Decimo, proximisq; diebus tenuerunt illum quidẽ dolores, cæterum omnes illi leuiores. Huic accessiones & dolores præcipue diebus paribus semper incesserunt. Vigesimo albam vrinam reddidit, quæ crassa erat, sed reposita

Access. diebus paribus

non desidebat. multum minxit, visus febre liber est esse. Vespere rediit calor, idemq; dolores, horror, sitis, aliquãtum delirauit. Vigesimoquarto multam vrinam & albã reddidit, in qua multa subsidebant. sudor ei toto corpore copiose calidus emanauit, à febre est liberatus.

✱ Ipse vero Hippocrates significauit: Accessiones & dolores diebus paribus. Quare etiã a vigesimo die sudore est iudicatus. Sigillatim vero qui omnia tenet memoria, quæ ante exposuimus hoc libro, & superioribus duobus: atq; ante hos in Præsagiis & Prædictionibus, inuenire omnia ipse poterit. 81

Desunt quaedam:

In Thaso mulier quædã morosa insomnis est facta, & cibo abstinuit, cuius erat occasio mœror, nec tamẽ decubuit. Eratq; sitibunda & fastidiosa. Habitabat hæc prope filios Pyladæ in campestribus. Primo die circa vesperum, timo

Aeger. xj euasit:

res, verba multa, mœstitia, leuis febricu la. Mane multæ cōuulsiones. Sicubi mul tæ illæ conuulsiones desinerent, delirabat, & loquebatur contumaciter: multos dolores, magnos, assiduosq; habebat. Altero die eadem permanserunt, somnum non cepit, febris acuta. Tertio conuulsiones conquieuerunt, sopor & in somnum inclinatio, contraq; vigiliȩ exercitauerunt eam, sui cōpos non erat, multum delirauit, febris acuta. Hac nocte sudor multus toto corpore, & calidus prorupit: liberata febre dormiuit, plane mente constitit, iudicata est. Circa tertiū diē vrinȩ nigrȩ, & tenues. Nubes multum erant rotundȩ, nō subsidebant. Sub iudiciū mēses copiosȩ sunt profusȩ.

Morosus.

Quid dictio, morosus significet, docuit Critias, cuius sunt hæc verba: Morosus est, q vilibus de rebus stomacha-

tur, &

tur, & de magnis plus cæteris mortalibus, diutiusq; . Erat ergo tristis vel tetrica; quam hic morosam Hippocrates vocat, quę diu, in tristitia persistebat. Quod iterũ paulopost de ea dicit, quę Cyzici gemellas filias enixa erat. Tacita vero & tetrica, nec ad animi æquitatem perduci potuit. Verum nõ possum non mirari, cur in hac muliere non addiderit, vel non respondisse oĩno menses, aut minus large profluxisse. Nam acute simul & ex humorum abundantia videtur laborasse, atq; tertio die sub noctem per sudores esse & mẽsium excretionẽ iudicata. Quin etiam multi a iudicio euacuati morbi, decessionẽ cõfirmauerunt. Vrinæ color, licet esset niger, nihil attulit mali: ꝙ retenti essent mẽses multũ melancholici. Vnde mulier merito morosa euasit, & ferox, interimq; delirauit, & sopore est detẽta. 83

Virginẽ quandã Larissę febris cœpit ardens, & acuta. sitibunda erat, lingua fuliginosa, & arida. Vrinę boni co

Vrinæ color niger, nihil hic mali portendisse:

Aeger xij euasit.

Vrinas nigras in mensiũ retentione, no ee adeo uerendas:

loris, sed tenues. Secundus fuit dies la=
boriosus, nō dormiuit. Tertio aluus mul
ta reddidit aquei coloris, proximisq;
diebus talia comode. Quarto vrina te=
nuis & pauca. Habebat suspensas nu=
bes, nō subsidebāt. Sub noctem delira=
uit. Sexto ex naribus largiter multum
fluxit, ĩhoruit, ac mox sudauit toto cor
pore multū & calidū, à febre est libera
ta. Dū febricitaret, & iā iudicatę mēses
tū primū prouenerunt. Quippe, uirgo
erat. Perpetuo āt fastidiosa erat, & hor
rebat, facies rubicunda erat, oculi dole=
bāt, caput graue erat. Hanc nō repetie=
rūt, sed dolores diebus pibus sūt finiti.

Aetatem puellā attigisse mensiū, ex
ipsis liquet Hipp. verbis: Menses tum
primū prouenerūt: Et ipsum etiā fuisse
morbū ex humoꝝ copia, iudicatumq;
die sexto esse, ꝙ dolores in dies pares
incurrissent, vt ipse scripsit. At mirū nō

reuertiſſe, cũ ſextus dies nõ iudicet vn-
quã fideliter. Quare nouũ hoc & rarũ
illi accidiſſe, indicauit, cũ ſcripſit: Nõ re
petierũt, ſed iudicati ſunt: vt q deberẽt
repetere. At vero cauſſam etiã cur nõ
„ redierunt, ſcripſit addendo: Dum febri
„ citaret, & iam iudicatæ menſes primuȝ
„ prouenerũt. Nam cum vacuatio poſt
iudicium etiam maneret, iudicio, quod
die ſexto præceſſerat per ſanguinis eru
ptionem & ſudores, par erat, vt conſta-
ret, tuendo, maxime ꝙ nulla eſſet prin-
ceps pars inflãmata, neq; mala humo-
rum abundantia. Ipſe certe humorum
pleniorum vitium eſſe ſignificauit, cuȝ
dicit, perpetuo in facie ruborẽ infuiſſe,
in oculis dolorem, in capite grauitatẽ:
planum ergo erat, ſolam requiri vacua
tionem quã natura tertio die affecta-
uit, conſummauit ſexto. Nam per na-
turam, non vt morbi ſymptωma, ven-
tris vacuationẽ accidiſſe, ipſe dilucide
„ his verbis indicauit: Tertio aluus mul-
„ ta reddidit aquei coloris, proximiſque
„ diebus talia cõmode. Hoc adiectum

denotat, quæ offendebát, excerni. Porro, ex ijs; quæ sunt in eius historia exposita, etiam hæc secundo loco ad prędicta declaranda duxi. Primum quod initio est scriptum: Lingua fuliginosa & arida. Alterum hoc: Quarto vrina tenuis & pauca, habebat nubes suspensas, non subsidebat, delirauit. Nam horum prius decretorium est, ideo relatũ, ne omnino putes fuliginosam linguã esse exitialem. Ille sic appellat tinctã quasi fuligine quadam, quæ sicca erat ex vaporibus. Alterum: Quia etiam in alijs ægris, nubibus in summo mox subijcit delirauit, innuit huiuscemodi nubibus delirium comitari: quãquam in Præsagijs, vbi omnia, quæ accidunt vrinæ, est persecutus, nullum fecit præsagium ex eis delirij. Quare signũ hoc videtur sua sponte delirium nunq̃; denuntiare, sed casu nõnunquã cõmonstrare, quia flatuosiores esse nubes indicat. Nam nullus plane si flatus insit, deferuntur ad ima vasa nubes.

Apollonius Abderę morbũ rectus

diu sustinebat. Viscera aũt illi intumue rant, morboq; detentus obambulabat. Diu eũ dolor detinuit, tandem morbus eum regius cepit, euasitq; flatuosus ac albidus. Cum aquam bibisset & edisset intempestiuius bubulam, eũ paruus calor primum inuasit, decubuit. Deinde est lacte usus: cocto, crudoq; pleno, caprino, & ouino, uictuq; malo: hinc omnia multũ offensa sunt. Nã febres ingrauescebãt, uenter nihil proprie ingestorũ reddidit. Vrinę tenues redditę, & paucę: somnũ nõ capiebat. Inflatio oculorũ mala, magna sitis, sopitus erat, pręcordia dextera cum dolore sublata sunt. Extremę partes undiq; subfrigidę, nõnihil delirabat, omniũ obliuiscebatur, quę locutus esset, furiebat. Ad diẽ quartumdecimũ cum à rigore incaluisset, decubuit, & insaniit: clamor, perturbatio,

* cõtra ut Hipp. dicit. v. aph. 72.

Ergo nõ sp ab hora decubitus, morbi initiũ sumi debet ut Paulus lib. 2º. c. 2 sentire uidetur. pro quo lege hic. 50

* nõ rõne humoris biliosi, q sitim causabat, sed rõne partiũ imbecilliũ, euasit flatuosus. lege. v. aph. 75.

multa uerba, rursus sudor: ac tũ deniq; sopor incessit. Postea aluus turbata multis, biliosis, meris, crudis. Vrinę nigrę, paucę, tenues. multũ implacidus erat. deiectiones uarię erant. Nam erant uel nigrę, paucę, & uirulentę: uel pingues, crudæ, & mordaces. Tandẽ etiam lacti similes reddere uisus est. Ad diem uigesimumquartũ leuius habuit, cętero nihil est imutatum, aliquantulum mentis fuit compos. Nam ex quo decubuit, meminit nullius. Rursumq; subito desipuit: oĩa in peius uergebant. Ad diem quartum & trigesimum obijt. Huic semper, postquam hominem ego uidi, aluus turbata fuit. Vrina tenuis, & nigra: sopitus ipse, & insomnis, extremę partes frigidę, delirus perpetuo, phreneticus.

Iam in hoc etiam Hippocrates, vt in alijs multis in fine ipse narrationis bre-

uibus capitibus ſymptωmata & ſigna, quæ acciderunt, docuit: ex quibus inſtare mortem prouideas. Habet autẽ
» dictio ſic: Huic perpetuo poſtquã ho-
» minem ego vidi, aluus turbata fuit, vri
» næ tenues, & nigræ, ſopitus ipſe, & in-
» ſomnis, extremæ partes frigidæ, delirus
» perpetuo. At ſingula clara ſunt, ſi, quæ ante expoſuimus, meminiſti.

84

Mulier Cyzici, quæ gemellas filias grauiter pepererat, & minus eſſet purgata, primo die in febrem incidit cum horrore uenientẽ & acutã: capitis ſuberat & colli dolorifica grauitas. Inſomnis initio, tacita, & tetrica, nec ad animi æquitatẽ potuit perduci. Vrinæ tenues, ſiticuloſa, faſtidioſa ferè, aluus inconſtãter turbata, rurſuſq; conſtitit. Sexto die ſub noctem multũ delirauit, non dormiuit. Sub undecimum inſaniјt, rurſus ad mentẽ rediјt. Vrinæ nigræ, & tenues: deinde aliquanto poſt oleoſę: aluus mul

ta, tenuia, & turbata excreuit. Quarto decimo multæ cõuulsiones, extremæ partes frigidæ, nihil amplius sapuit, urinæ restiterunt, periјt. Phrenitis.

Non tantum, quia non probe fuit a partu purgata, superfuit mulieri huic sanguis magis melancholicus (quæ cã erat, cur initio tacita esset & tetrica, nec posset ad animi perduci æquitatem: & postea multum deliraret, vt insaniret) verum etiam propter difficilẽ enixum inflammato vtero febris est aucta. In cõspicuo porro est vitiosis humoribus ad caput sublatis, deliriũ furiosum extitisse, simulq; cõuulsiones consecutas esse. Decretoriorum dierum circuitus, vt in omnibus ægris; ita hic ↄseruãtur. Sicubi videatur raro quicquã esse labe factatũ, illud solum adnotamus. 85

In Thaso Dealcis uxorẽ, quæ in campestribus decũbebat, ex mœrore febris corripuit cũ horrore. Ab initio perpetuo tacita, uillos straguli captabat, uelle

VTERI inflammatio in quibusdã puerperib.

Aeger XV. periјt.

batq́;, & ſcalpebat, cooperiebatur, aſpe loquebatur, plorabat, moxq́; ridebat, nō dormiebat, aluus irritabatur, ſed nihil deſcendit, admonita paulum bibebat. Vrina tenues, & pauca. febres ad manū tenues, partium extremarū frigus. Nono die multū delirabat, rurſuſq́; ad mētem rediјt, tacita. Quartodecimo ſpiritus rarus: magnus per interuallum: rurſuſq́; breuis. Septimodecimo aluus irritata turbata deiecit. Poſtea urinā non reddidit: prorſus mente falſa eſt: nihil ſapiebat: nihil ſenſit: cutis diſtēta & arida fuit. Vigeſimo multū eſt locuta: rediјtq́; ad mentem: muta: breuis ſpiritus. Primo uigeſimo defuncta eſt. Huic erat ſpiritus ꝑpetuo rarus & magnus. Oēm ſenſum perdiderat: ſemper cooperiebat aut multū loquebatur: aut tacebat perpetuo. Phrenitis.

A primo hæc fuisse phrenetica videtur. Sunt auté tales, vti primo dixi, grauissimæ phrenitides, ac ocyssime quosquos inuadũt, tollunt. Sed nunc quidem hæc febricitans acute ad diem vigesimũprimum se sustentauit, fortasse quia modice febricitaret. Proinde vt insinuaret hoc, scripsit in hac vna ægra:

» Febres ad manum tenues. Sane videtur hæc delirij speciem ex melancholia & phrenitide habuisse mixtã. Nam hoc (aut multa loquebatur, aut perpetuo tacebat) ostendit eiuscemodi cõfusionem. At miror, cur Hippocratis interpretes nihil scripserint in hęc verba, vbi

» ait, Spiritus rarus: qđ est perinde ac per interuallũ. Atq; sane videtur deinceps idé dixisse. Vt ergo raritatis augmentũ indicaret, per iteruallũ addidit, ac si ita dixisset: per magnũ admodũ interuallũ. Est.n.interdũ receptũ, vt magnũ relinquatur, solũq; vsurpetur per interualla, aut nõ perpetuo, vt in alijs alia. Neque vt breuis, mulieré ita toto morbo spirasse indicat. Itaque subdit: rursusq; breuis spiritus. indicans etiã hic, vt an-

Spẽs delirij ex melia, et phrenitide

tea, ex frigore non paruũ tantũ, ſed magno interuallo etiam mulierem animã ducere: qui germanus eſt breuis ſpiritus. Nam rarus & magnus quatenus rarus eſt, minor eſt frequente & magno. Quatenus vero magnus, hactenus pręſtat paruo & raro. Vtrũq; igitur paruus eſt breuis ſpirit⁹ & rarus. Videturq; nũc quidẽ quaſi etiã ea refrigeratione fuiſſe muliercula hæc, qua qui ipſo ſpiritu deficiuntur, tenẽtur. Itaq; de ea ſcribit: Vigeſimo die multum loquebatur. ac rurſus priuatim dicit: Breuis ſpirit⁹. Vocis vero defectus omnino adiũctus eſt cum breui & raro ſpiritu. Per interuallũ cum raro ſcriptũ, pro longo admoduʒ interuallo eſt accipiendũ. Nam pauco morbi tẽpore ſignificare nõ poteſt, qñ in fine hiſtorię ſcripſit hęc: perpetuo ſpiritus rarus & magnus erat. Nam perpetuo dicere, pro toto morbi ſpatio ad finem vſq; ſolet. Et quemadmoduʒ hoc perpetuo, ſic illud dicit: Semp cooperiebatur, aut multũ loquebatur, aut tacebat perpetuo. Nã multũ loqui phreneticorũ eſt, tacere melancholicorũ: &

spus ra- rus, et magnus.

Perpetuo

Odor · Sacrit · Meteus, aut Mominans potius, sp. loquebar · 1559

cooperiri est propriũ vtrisq; : nisi quãdo & ex frigore cooperiretur.

Arger xvj. obijt:

Adolescens Meliboeæ ex nimio potu & uenere diu calfactus decubuit: horrebat: et erat fastidiosus: insomnis: nec sitiebat. Aluus primo die multa stercora reddidit cum multa offusione. Deinde multa diluta, quæ bilẽ referebant. Vrinæ tenues: paucę: decolores. Spiritus rarus: & magnus per interuallum: prę cordiorũ contentio submollis: vtrinq; promissa. perpetua cordis palpitatio: reddidit oleosam urinam. Delirauit modice: modestusq; & tacitus erat: cutis arida & distenta. deiectiones uel multę & tenues: uel biliosę & pingues. Quarto decimo desipuit: cũcta exacerbata sunt: multum delirauit. Octauo [decimo] insaniuit: sese iactauit: nullam vrinam reddidit: modicum potionis continebat. Vigesimoquar

Tota haec facies omissa e in exemplarib. junta

to obijt. Phrenitis. Verũ illa mihi æſtas videtur merito multum profuiſſe. Nam æſtiuos morbos bruma ſuccedens tollit: & brumales inſequens hyems propulſat. Et quidem iſta per ſe æſtas ſuæ naturæ non conſtitit: ſed calida auſtrina: & tranquilla erat: nihilominus ad aliã tempeſtatem cõuerſa profecit. At in magna parte pono artis eſſe: recte poſſe de his quæ tradidimus: exiſtimare. Id enĩ qui nouit; & vtitur his: nõ magnopere mihi in arte falli uidetur poſſe. Singulos autẽ temporũ anni ſtatus perdiſcere eſt operæpretium: & morbos: quid boni habeat ſtatus uel morbus cõmune. & quid mali ſtatui ſit uel morbo commune. Et qui longus morbus & letalis: qui longus & ſanabitur: qui acutus & letalis: qui acutus & ſanabilis. Series hinc dierum decretoriorum obſeruanda eſt: &

leg. 250. et 251. æſtas.

prædicendi huic facultas scienti datur. Hinc scire est: quibus: quando: & quæ sit uictus prescribenda ratio.

Pocula neruis, ac cerebro nocent

Multa quidẽ pocula, neruis nocent, & origini eorũ cerebro. Venus vero cũ hæc satis lædit, tum vires elidit, & debilitat. Itaq; adolescens hic, vitiosa collecta humorũ abundantia merito a modicis febribus cœpit: qui cũ indies peius haberet in phrenitim tandẽ veram incidit. Nam oriri illã magnus & rarus spiritus indicabat: & eius modestia, & perpetua taciturnitas, modice ægrum desipere. Nam leues & turbulẽti homines deliri leuibus de caussis fiunt: qui cõtrarijs sunt moribus, de magnis. Cur autem raro spiritui per interuallũ addiderit, in superiore ægro tractauimus, & de pcordiorũ palpitationibus, & aliubi & in præsagijs egi. Itidem de submolli præcordiorũ contentione, illũ eam quę tumore caret appellare. quæ fit, vbi nullo musculi in vitio sunt, sed offensę sunt partes, quæ abdomini subiectæ sunt.

Respiro index phrenitidis:

Deliri q facile, & difficile fiunt,

Venus

260.2.

De submolli hypochondriorum tensione, ac eius ca[us]a un:

Tertij Cōmentarii Galeni in tertium Hippocratis de morbis vulgarib⁹ librū, Hermanno Cruserio Campensi interprete finis.

Venetijs per D. Bernardinū Stagninū Anno dñi. MDXXXVIII.

Ex iecore febrē originē habuisse hoc ē indiciū, ait G^s. 260. 2.

Agens quantumvis imbecillus, cito producit effectu in ~~mat~~ a dispositam
Marsil. Ficinus, in Antid^rio Epidemiarum. fol. 283. Rursus potentiss^a ca^a, agit tandem in materia minime disposita, ibidem
Calida, et humida mat^a, necnon Cor ex nimio coitu debilitatum, a venenata pestis qualitate citius inficitur. 284:
me: i passionib. ai defatigato
Ebullitio ma^e venenosa e febris.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN Libri Particula Prima,

[redacted]

interprete.

1



Vibuſcunq; ex abortu & circa vterum œdemate, capitis grauitas accidit, illis iuxta ſyncipu͞t maxime, perinde atq; ſinguli alij qui ab vtero ſunt, dolores fiunt. His quoq; in octo vel decem menſibus, morbus in coxendicem decumbit.

2

Acuminata habentes capita, ſi quidem valida fuerint ceruice, ſecundum alia atq; oſſa ipſa validi erunt. Qui vero caput dolent, & aures fluentes obtinent, ijs palatum concauum, & dentes

alternis permutati sunt. 3

Quibuscunque os de palato discessit, ijs medius nasus subsidet. Talibus vero summitas ea vnde procedunt dentes, sima fit. 4

Sunt pueri quorum morbi comitiales vnà cum pubertate mutationem obtinent, & aliàs. 5

In renem dolor grauis quando cibo replentur, pituitam vomunt: quũ vero dolores superabundauerint, æruginosa, atque tum quidem leuiores fiunt. Dolores cessant quando cibis vacui fuerint, arenulæ rufæ subsident, cruentum mingũt, stupor eius cruris quod è directo est. Quiescere non confert, sed exercitari: non impleri, iuuenes veratro purgare, poplitis venam incidere, vrinam mouentibus deducere, tenuare & emollire. 6

Menstrua humidis mulioribus diu

durant, quando vero non citò profluxe rint, tumeſcunt. 7

In Cranone vetuſti dolores frigidi, noui vero calidi, plurimiq́; horum à ſanguine: qui autem à coxa frigidi. 8

Qui in vehementes rigores progrediuntur morbi, non quicquam omnino mitigantur, niſi prope vigorem. 9

Ante rigorem vrinæ retentio, ſi ab indicijs bonis proceſſerit. Conſiderandum itaq; num aluus deiecerit, & ſomni affuerint, ſimiliter & modus febris, & quæ ex laboribs oritur. 10

Abſceſſus raro admodum accidunt quibus rigores ſunt. 11

Crurū effœminationes vel ante morbum, vel à morbo ſtatim iter facienti accidunt, eo quod fortè quid ex laboribus in articulos decumbit. 12

Tubercula extra tumētia, acuta, emi

nentia, æqualiter commaturantia, haud circumquaq; dura, deorsum spectantia, nec bicipita meliora: contraria vero mala, & quanto magis contraria, tanto peiora. 13

In autumno ferinum, cordis dolores, horridæ febres, & ab atra bile morbi accidunt. 14

Circa initia accessiones contemplari oportet, idq; in omni morbo, ueluti in anni occasu exacerbari. Et si annus in occasus naturam tendit, tum ascarides fiunt. 15

Tussicula infantium cum uëtris perturbatione, & febre continua, significat bimestri post iudicationem, vt plurimũ vicesimo die œdemata in articulis esse futura. Et si quidem ea quæ è supernis in articulos inferiores decubuerunt, infra umbilicum consistant, bonum. Si ve=

ro ſupra, haud ſimiliter morbum illum ſoluunt, niſi ſuppurauerint. Si qua autẽ illis in humeris ſuppurauerunt, tum talibus iuſto minora tenuioraq; brachia faciunt. Soluet uero morbũ & ulcuſculorũ in inferioribus eruptio, ſi in nõ fuerint rotũda et profunda, pnicioſa enim sũt preſertim pueris. Soluet quoq; morbũ ſanguis ex naribus profluens, id qđ in adultioribus magis accidit. 16

Lachrymæ in acutis morbis male habentibus, ſi ultro promanauerint, bonũ: ſinautem inuitis, malum. 17

Quibus intenduntur palpebræ, malum. Nec minus malum ſi inſtar ſpumæ aridæ fuerint. Oculi deniq; hebetes, ſqualidi, intus rugoſi, ĩmobiles, uix uertibiles, intus agitati, & quæcunq; alia ĳs adſunt, malum. 18

Febrium hæ quidem manu ſunt mor

daces, illæ uero mites. Quędam nõ mordaces sunt, increſcẽtes tamen. Aliæ acutæ quidem at ab ipſa manu deuictæ. Nõnullæ confeſtim exardẽtes, quædam ſemper debiles atq; ſiccæ. Aliæ ſalſæ, nonnullæ inflatæ, aſpectu terribiles, aliquæ ad manum humidæ, aliæ admodum rubicundæ, quædam præ pallidæ, aliæ liuidæ, & alia huiuſmodi. 19

Diſtentiones corporis, durities articulorum, æger ipſe reſolutus, & diſtorſiones articulorum, malum. 20

Oculi ferocitas delirium ſignificat: eiuſdem quoq; ſine ordine motus & peruerſio malum.

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemion Libri particula secūda, Leonardo Fuchsio interprete.

1

Dilatare, constringere oportet hęc quidem, illa uero non. Humores hos sanè expellere, illos siccare, alios generare, huic equidem, illi uero non. 2

Attenuare, impinguare oportet corpus, cutem, carnes, & alia, hæc quidem, illa uero non. Lenire, asperum facere, obdurare, mollire, hæc equidem, illa aũt minime. Exuscitare, stupefacere, & alia quæcunqꝫ talia. 3

Deriuare, obsecundantia confestim reuellere, resistentia uincere conuenit. Alium humorem non exeuntem educere; exeuntem uero coeffundere, & simile operari. Dissimilia si sursum elata repunt, deorsum soluere expedit: & è re-

lege in cō[mentario] huius aphori. ubi [illegible] ex Gal. interdū in uetris fluoribus à succo mordaci, [illegible]

gione, ueluti capitis dissimilia purgatio, uenæq; sectio soluunt, quando haud temerè deducunt. 4

Abscessus, ueluti bubones, significāt membra à quibus progerminant. Sed & cum aliorum membrorum mali sint, maxime tamen maligni sunt qui circa uiscera apparent. 5

lege pro hoc tertio de diff: respirōnis 252. et inde:

Spiritus parui, crebri, magni, rari: parui rari, crebri magni, intus parui, extra magni, intus magni, foris parui: hic quidem tardus, ille uero celer. Duplex intrò reuocatio ueluti inspirantibus. Calidus, frigidus. 6

Medicatoria continuarum oscitationum prolixa spiratio. Breuis uero eorū qui nihil aut uix bibunt. 7

In rectum fit laterum dolor, præcordiorum distentiones, lienis tumores, sanguinis ex naribus eruptiones. Talia exi

ſtunt & quæ in aures, plurima etiam horum quæ in oculos decumbunt. Conſiderandum itaq; num omnia in rectum fiant, an ea tantum quæ ab infernis ſurſum tendunt, qualia ſunt ea quæ circa maxillas, aut oculos, aut aures fiunt, ea uero quæ à ſuperioribus deorſum decũbunt, non item. Attamen anginæ rubores, & laterum dolores fiunt ſecundum rectum. Contemplãdum quoq; num ea quæ infra iecur ex ſuperioribus diſtributa ſunt, ueluti in teſtes & uarices, ſecundum rectitudinem fiant. Speculãda hæc, quo, unde, & quãobrẽ abſcedãt 8

Quum uenę temporũ non quieſcũt, neq; color ſplendidus eſt, & ſpiritus deficit, tuſſis quoq; ſicca, & non ferina, tũc in articulis ut firmetur morbus expectare oportet, idq́; in rectum ut plurimum diſtentionum quæ ſecundũ uentrẽ ſunt.

Plurimi uero horum habent faciem rubicundiorem, presertim qui natura candidiores sunt, & quibus sanguis ex naribus non profluxit, aut parum profluxit. Si enim quid eorum quę profluunt intus relinquitur, tum ad abscessum morbus promptus est. Eam itaq; ob causam sitis desiderium, oris siccitas, ac insuauitas, cibiq; fastidiũ remanet. Febres quoq; nõ acutæ eiusmodi sunt, recidiuas enim minantur. 9

Quæ relinquuntur à iudicatione, faciunt recidiuam. Primum itaq; tumor lienis accidit, nisi in articulos procumbant, aut sanguis ex naribus erumpat: uel dextri præcordij distentio, nisi urina affatim promanauerit. Nã hęc utrorunq; est interceptio, ut meritò recidiuę fiant. Abscessus igitur eorundem nondũ factos, fieri oportet, factos uero declina

re. Eos quoq; qui tales sunt quales esse expedit, & ad quem locum oportet tendunt, excipere conuenit. Quicũq; uero non sufficienter proruperint, hos iuuare decet. Eos autem qui prorsus inutiles fuerint, maxime dum adhuc futuri sunt, auertere consultum erit. Si uero haud licebit, eos saltem qui paulò ante incœperunt auertere oportet. 10

Sãguinis ex naribus eruptiões quarto die factę, iudicationem malam ostendunt: cũ enim diem unum intermittũt, altero simul cum iudicatione, de quinto in septimum, rigorem habent. 11

Quę tertio die accessionem habent, in ijs nox quę accessionem pręcedit, grauis est. Subsequens autem magna ex parte leuior existit. 12

Tusses siccę, modicè irritantes in ardentibus febribus non admodum siticu-

loſę, neq; linguę aridę ſunt, ſi quidem non à maligno, ſed à uento accidunt. Id uero hinc manifeſtum fit, quando loquũtur, aut os aperiunt, tunc tuſſiunt: cum uero non, minime. Hoc autem potiſſimum in febribus laborioſis fieri ſolet. 13

Nihil temerè committendum, nihil etiam negligendum. 14

Cõtraria ſenſim adhibẽda ſunt, atq; interquieſcendum. 15

Dolenti partem capitis poſteriorem, recta in fronte uena ſecta profuit. 16

Succeſſiones pręcordiorum ex qualibus in qualia fiant contẽplandę, & alię potiſſimum inflammationum uiſcerum qualia poſſint, ſiue ex iecinore in lienẽ, ſiue contrà fiant, & quęcunq; eiuſmodi ſunt. 17

Ea quę non quò expedit repunt, reuellere oportet. Si uero quo decet, tũ ijs

uiā struere ut singula repāt cōuenit. 18

Latę pustulę, quales hyeme Simon habuit, non admodum pruriunt. Hic sanè cum ad ignem inungeretur, uel calida lauaretur, iuuabatur. Vomitiones nō expediebant. Puto utiq; eum qui calidis largiter fouisset, prodesse potuisse. 19

Quęcunq; maturare expedit, ea obstruantur: contraria uero exiccare oportet, & aperta esse. 20

In oculorum fluxu, si modo conferre uidetur, in fauces reuellere conuenit. Ita & ubi ructus expedit, ac quęcunq; id genus alia, reuellere oportet. 21

Meatus apertos esse conuenit, ueluti nares, & alia quę oportet, & ut oportet, & qualia, & ubi, & quādo, & quātum oportet, ueluti sudores, ac alia sanè omnia. 22

Si in magnis malis facies bona fue-

rit, bonum est signum. In modicis uero si cõtraria bonę significauerit, malũ. 23

Vxor cuiusdam morbo regio in magno theatro post statuam superueniẽte, eadem permãsit. Qui uero apud Timenei neptim habitauit, niger factus ẽ. 24

In Perintho urina quę seminis humani speciem referebat, eorum etiã qui circa abdomen erant tumorum iudicatoria fuit. Tales autem urina sanabat, eo quod neq; copioso flatu, neq; stercore multo uiscido egrediente demoliebantur: non enim magnum erat pręcordiũ. Brassicam septimanus cum adhuc difficulter spiraret comedit, & ea quę circa abdomen erãt demoliebãtur: facile quoque spirãs factus ẽ, & aluus cõmota. 25

De sanioso sanguine id sciẽdũ, quod talis in timentibus, aut in uigilãtibus sit, siue malus siue bonus fuerit. 26

Quibus lien deorſum tendit, ijs pedes & genua calida, nares uero & aures ſemper frigidę ſunt. Conſiderandũ autem num ideo hoc fiat quod ſanguis tenuis ſit, aut qa natura illi talẽ hñt. 27

Quibus ſuppurationibus umbilicus terminus eſt, in his iam ſuppuraturis uenter perturbatur. 28

Lien non circa ſupernas, ſed infernas partes durus, aut rotundus, aut latus, aut craſſus lõgus, aut tenuis. Minus autem hęc accidunt illis qui deſtillationibus à capite uexantur. 29

Conſiderãdum quę circa ęgrum ſit diſpenſatio, & in morbo interrogatio, qualia ſint quę narrat ęger, ut accipiendi ſermones, itemq́; ea quę ad ęgrotantem, quęq́; ad aſſidentes, & quę ad exteriora attinent. 30

Quia in calidiore ſolidioreq́; par-

te, dextra nimirum, mares cōcipiuntur, ideo nigri ſunt, & uenę illis extra apparent, magiſq; bilioſi exiſtunt. 31

Mas in utero citius concretus ac formatus ubi mouetur ceſſat, & tardius, prolixioriq; tempore augetur. 32

Propterea mas robuſtior, bilioſior, magiſq; ſanguine prę̨ditus eſt, quia locus ille animalium in quo concipitur calidior.

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemion LIbri Particula tertia, Leonardo Fuchſio interprete.

1

SI cutis raritas, uentris denſitudo: ſi cutis adſtrictio, carniũ auctio: ſi uẽtris torpedo, uniuerſorum turbatio, uaſorũq; imundities: crebri diminutio, ob id et caluitiũ, iſtrumẽtorũq; attritio. 2

Extenuatio

Extenuatio fit cursu, luctis, quiete, multis celeribus deambulationibus. His quoque elixa maza ut plurimū panis uero modicè dandus est. 3

Extenuationis immodicæ signum eadem hora diei obseruare oportet: statim enim labores subeundo tumor corporis contrahitur atque exhauritur, pariterq; totū corpus concidit. Quum itaque iam conciderit, carnes suillas assas adhibere cōuenit. Vbi uero reficiūtur, signū est quia corpus rursus fit floridum. 4

In exercitationibus extenuationis signum est sudor guttatim emanans, qui tanquam è riuulis egreditur, aut à tumore contractio. 5

Mulieri, quam primum in Cranone curaui, lien natura magnus erat, febris ardens, admodum rubicunda, difficilis spiratio. Decimo die sudor insu-

pernis partibus multis factus est: sed & decimoquarto die in infernis, non tamen effectu dignus. 6

Quibus capitis grauedine ac raucedine affectis superueniunt febres, his sanè, vt existimo, recidiuæ nõ fiunt. 7

Quicquid ad suppuratioẽ ductum est, id recidiuã nõ efficit: ipsa enĩ cõcoctio iudicatio simul atq; excretio est. 8

Nonnullis in venerem pronis, haud aliter q̃ Damagoræ, venter inflatur. Quibusdam vero in hoc tempore perinde vt Arcæsilao, crepitus fit. 9

Flatuosus spiritus ijs qui instar alarum auium opertas scoptulas à tergo procliues ac procedentes habent cõcausa existit: sunt etenim illi flatulenti. 10

Admodum frigidum, veluti nix & glacies, venas rumpit, tusses mouet, & colligit ac coalescere facit, vt sunt phe-

rea, & gongronæ. Concausa vero est durities ipsa. 11

Considerãdum an à mictione facta concretio puerulis magis, eo quod calidiores sint, accidat. 12

Partium corporis figuræ vt melius habeamus in causa sunt, id quod ex eo perspicuum fit. Quidam quum manu plicaret ac torqueret sarmenta, decumbens præ doloribus, summũ suffixi paxilli apprehendens retinuit, ac melius se habuit. 13

Quem iuxta Gephyram ex montano labore crura hincinde proijcientem vidi, huic altera tibia minimũ extenuebatur, femora vero maxime. Vrina aũt semenq; genitale haud retinebãtur. 14

Quotquot laterũ naturæ, quæ auiũ instar alarũ à tergo prominẽtes, opertas scoptulas habent, propter causę effi

cientis imbecillitatem fiunt. 15

In malignis destillationibus siue excretio fiat, siue minus fiat malum. 16

Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum deinceps ad caput. Sed & viris parte corporis posteriore magis, quàm anteriore: horrent enim in exterioribus magis q̃ interioribus, veluti cubitis, femoribus. Atqui & cutis rara, indicio autẽ est pilus. pars adulterina. ▸ Quod si vero ab aliis quibusdã rigent, sicuti vlceribus, à vasis rigor incipit. 17

Summa curationis ex naturæ ægrotantis à prima generatione notitia, causæ ob quam ægrotat, multis ægri sermonibus, exq; his quæ partim cognita sunt, contrahenda est, ac perdiscendum num similia aut dissimilia inuicẽ sint, vt ex dissimilitudine, vna aliqua simili

tudo fiat. Hæc vtiq; ratio recte se habentium est exploratio, minusq; recte se habentium deprehensio. 18

Sanguinis ex naribus profluuium, vel pallideatris, vel palliderubeis, vel subpallidis accidit. Ea quibus paululũ acquieuimus, sicco medicamẽto obstruere oportet. Alijs vero obstruentia haud adhibenda. Alba autem vbi ex naribus profluxerint, sicco, vt galla et alumine, obstruere conuenit. 19

Vbi rem venereã agere, aut hircire incipiunt, tum profluuio sanguinis narium capiuntur. 20

Sunt qui in coitu ventris crepitum emittant, vt Arcesilaus. Nonnullis vero horror fit. Quibusdam autem, sicut Damagore, ubi cum mulieribus cõgressi fuerint, uenter inflatur. 21

Repentinæ mutationes cauendę. 22

lege modos sistendi sanguinis. fol 1046.

In mutationibus tria hæc, obseruanda cibi parcitas, sitim obrepere prohibens, & lassitudinē haud inducens. 23

Omnis extenuatio cutem laxat, dein uero intendit. Refectio uiceuersa. Rugositas concidētis corporis, extensio refecti signum existit. Inęquale uero, leue, subbiliosum & subrubeum, quodlibet eorum seorsim alterius. Sic quod mammæ laxantur, graciles uero attollūtur & intenduntur, nemo utiq; proptar extenutionē, sed potius quia carne explerentur fieri existimaret. Hac quoq; ratione iuguli conspicui fiunt, necnon uenæ apparent. 24

Herodicus interemit febricitantes deambulationibus, cursu, luctis, ac fomētis. Febris enim deambulationibus multis, fami, luctæ, frictioniq; inimica. Laborem itaq; labore curauit, ideoq; ipsis

uenarũ rubor, liuor, pallor, laterumq́; dolores molles euenerunt. 25

Os continere, tacere, auráq́; cũ potu frigidã inducere, sitim extinguunt. 26

Contemplandæ occasiones ob quas ægrotare cœperunt, siue capitis, siue auris, siue lateris dolor fuerit. Huius rei signũ dẽtes existũt, & cũ ijs iguina. 27

Vlcera & tubercula ubi facta fuerint, febres iudicant. Quibus autem nõ eueniunt, & intemperies intus remanserit, his certissimę ac uelocissimæ fiunt recidiuæ. 28

Rotunda sputa, qualia in Pleno fuerunt, delirium portendunt. 29

Habentes hæmorrhoides neq; laterum dolore, neq; pulmonis inflammatione, neq; depascenti ulcere, neq; furunculis, neq; terminthis, pariter neq; lepra, neq; uitiliginibus corripiuntur.

Quamplurimi igitur intempestiue sa=
nati mox moribis iam dictis correpti
sunt, & fuerũt sanè perniciosi. Sic etiã
quicunq; alij abscessus, ueluti fistulæ, re
liquis medentur morbis. Contemplan=
dum itaq; est quod à quibus morbis fa=
cta liberant, eosdem etiam ubi præcesse
rint, ne fiant prohibent. 30

Loca alterius loci noxios humores
suscipiũt, atq; ab ijs uel ob dolorem, uel
grauitatem, uel aliud quippiam, siue
quod inter se communitatem habeant,
liberant. 31

Propterea quod ad alium declina=
uit locum non ultra sanguis egreditur,
sed talia iuxta humoris cognationem
excreant. 32

Sunt nonnulli inter hos qui sangui=
nea expuunt, quibus opportune sangui
nem auferre conuenit: alijs uero perin=

de atque illis haud decet. Impedimento autem sunt tempus, laterum dolor, & bilis.

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemion libri particula quarta, Leonardo Fuchsio interprete.

1

Quibuscunque tumores iuxta aures prope morbi iudicationē facti haud suppurauerint, ijs subsidentibus recidua fit. Facta uero recidiua, secundum rationem recidiuarū rursus attolluntur & permanent: haud secus quàm febriū in simili circuitu recidiuæ: atque illis spes est in articulos futuros esse abscessus.

2

Vrina crassa et alba, qualis Amphigenis famulo erat, in laboriosis febribus quando quarto die exit, ab ascessu

liberat. Si uero ad hæc sanguis è naribus profluxerit, prorsus leuat. 3

Cuidam intestinum quod in dextra parte situ͂ est, ubi articulari morbo corripiebatur quietius erat, postquã uero ab illo sanatus est, plus doluit. 4

Agasios cum adhuc esset puella, crebro spirabat: mulier uero facta nõ diu à partu leui dolore correpta est, cumq; magnum leuasset pondus, confestim quidẽ in pectore aliquid crepuisse uisum est. Postridie asthmate laborauit, coxamq; dextrã doluit. Quum uero hãc doleret, tum etiam asthmate laborabat: huius autem desinente dolore, asthma quoq; cessabat. Expuit spumosa, per initia uero florida, deinceps autem biliosæ & tenui uomitioni assimilabantur. Dolores potissimum quando manu laboraret eueniebant. Huic allio, carne

porcina,ouilla,bubulaq́; interdicere cõ
tuliſſet. Difficulter etiã ſpirantibus,cla
more atq; iracũdia abſtinere cõuenit. 5

Cui in capite iuxta aures tumor de-
paſcendo ſerpebat, huic alumen uſtum
primum adaptatum eſt. Habuit & aliũ
abſceſſum, fortaſſe quia os diſceſſurum
erat, diſceſſitq́; ſexageſimum ſub aure,
uulnus uero ſupernè ad uerticẽ erat. 6

Craſſiora inteſtina homo canis in-
ſtar habet, maiora tamen. Pendent ex
meſocolo, hoc uero ex neruis à lumbis
ſub uentre procedentibus. 7

Hæc ſunt in quibus ægrotantibus
gratificãdum eſt, ut ſcilicet cibus & po
tus purè conficiantur: grata etiam ſint
quę uiderint, & mollia quę attingunt.
Reliqua non admodum lædant, & faci
le reparabilia ſint: ueluti frigidæ exhi
bitio, ubi ea opus fuerit, & alia. Sic in-

troitus medici, ſermones, figura, ueſtitus, tonſura, ungues, odores, ægro to grati ſint. 8

Aqua ut frigida fiat minusq́; noceat, decocta poſtquam eſt aerem quidem ſuſcipiat. Vaſculum uero non plenum ſit, & operculum habeat. 9

Ex immodica ſanguinis profuſione aqua inter cutē multi corripiuntur. 10

Si qualia purgari oportet purgentur, tum facile ferunt. 11

In Aeno maribus & fœminis legumina aſſiduò comedentibus imbecillitates crurum acciderũt & perſeuerabãt. Atqui eruo ueſcentibus genua dolore afficiebantur. 12

Vigilans circa exteriora manifeſte calidior eſt, circa uero interiora frigidior. Dormiens contrà. 13

Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ

potio, quiesq; conuenit. 14

Somnus ueſtimentis indutum refrigerat. 15

Profundus ſomnus ſtanti quoq; dormiendi cupiditatem affert. 16

Debilis uictus frigidus, ualidus uero calidus exiſtit. 17

Aquarum per ſe naturum tempeſtiua quidem quæ ab æthere, aut cum tonitru delabitur: quæ uero procelloſa, mala exiſtit. 18

Tam aqua, quàm uigilia, cibi appetentiam efficit. 19

Calidam admodum naturam, in calido anni tempore, cubile in frigido loco ſitum impinguat: in calido uero extenuat. 20

Sanitatis ſtudiũ eſt nõ ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores. 21

Siti leui quæ inter uigilandum orta

eſt, ſomnus remedio erit: ei uero quę ex ſomno accidit, uigilia. 22

Quibus natiuus calor plurimus eſt, his maximæ uoces ſunt: etenim aer frigidus qui inſpiratur plurimus eſt. Duobus itaq; his magnis exiſtẽtibus, & quę inde gignuntur magna fiunt. 23

Qui calido uẽtriculo præditi ſunt, frigidas carnes habẽt, tenuesq; exiſtũt; conſpicuas deniq; eminẽtesq; uenas obtinent, ac iracundiores ſunt. 24

Vbi magna terrę ſiccitas fuerit: tum genus auium abundabit. 25

Grauiorem uocẽ adoleſcens ubi reddere incipit, uter teſtis intumuerit conſiderandum: ſi enim dexter, maſculum: ſi uero ſiniſter, fœminam generabit. 26

Quemadmodũ oculi robur habuerint, ſic quoq; corpus uniuerſum. Color etiam in peius aut melius mutatur.

Meritò enim fit ut ſicuti ſe habuerit nutrimentum, ita quoque corporis partes exteriores affectæ ſint. 27

Inter letalia ſigna habetur uapor calidus per cutem uacuatus, idq́; ſi prius frigidum ſpiritum nares emiſerint. Vitalia uero ſigna contrà. 28

Labores cibos præcedant.

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemion libri particula quinta, Leonardo Fuchſio interprete. 1

NAturæ morborũ medici ſunt. 2

Ipſamet natura non ex intelligentia ad ſuas actiones impetum inuenit, ut ſunt nictare, & hę quibus lingua ſubſeruit, & quæcunque id genus alię. Natura ſiquidem à nullo edocta eſt, neque ea quæ conueniunt efficere didicit. 3

Hæ naturæ actiones, lachrymæ, narium humiditas, sternutamenta, auriũ sordes, saliuæ oris, & sputæ excreatio, spiritus ingressus & exitus, oscitatio, tussis, singultus, non eadem ratione in omnibus fiunt. 4

Vrinæ ac utriusq; flatus excretio, nutrimenti & spirationis actio, & quę in mulieribus tantum fiunt, quibus & quæ in toto accidũt corpore accedunt, sudores scilicet, pruritus, pandiculationes, & quecunque aliæ eiusmodi actiones à natura fiunt. 5

Anima hominis ad mortem usque semp augetur: si uero ipsa unà cũ morbo ĩflãmetur, tũ corpus depascitur. 6

Morbi diuturni in senecta aut maturatione, aut dissolutione, aut raritate deficiunt. 7

Medicatio est, contrarium esse, & morbo

morbo reluctari. 8

Frigidum morbos à frigore ortos fouet, eos uero qui à calore sũt iterimit. 9

Iracundia ad cor, pulmonem & caput, calorem & humorem trahit. Lętitia uero cor ab iĳsdem liberat. 10

Labor articulis & carnibus cõfert, cibus vero & somnus visceribus. 11

Cura ac meditatio hominibus animi exercitium est. 12

Sanguis è vulneribus promanat: succurrendum igitur vt quod vacuum impleatur. 13

Si auris doluerit, lana circa digitũ conuoluta calidũ oleum instillare oportet, dein lanam manus volæ impositam auri supponere, quousq; aliquid tibi iã exire videtur, deinceps in ignem proĳcere. Deceptio. 14

Lingua quale sit humorum serum

indicat: pallidæ siquidem linguæ biliosæ sunt: fit autem quod biliosum est à pingui ac dulci: rubeæ à sanguine fiunt; nigræ ab atra bile, aridæ à fuliginosa adustione, ac vteri parte, albæ uero à pituita. 15

lege hoc comentu in Galeno: Vrina eiusdem cum cibo, & potu coloris est, & veluti humoris in corpore colliquatio existit. 16

Lingua eiusdem cum ijs quæ in ea abundant coloris est, ideoq; ex illa humores dignoscimus. 17

Si carnes gustanti salsæ esse apparent, redundantiam indicant. 18

Si papillæ mammarum, & rubeum quod circa illas est, pallidũ fuerit, morbosum vas sit oportet. 19

indicat .n. cerebri colliquationem; Aurium sordes hoĩbus si dulces fuerint, mortales: sin amaræ, minime. 20

In diuturnis morbis demutare ter=

ram expedit. 21

Imbecilliores cibi momentaneam ac breui tẽpore durantẽ vitã efficiunt. 22

In defluxu ad coxas venas quę post aures sunt secare oportet. 23

Venus morbis qui à pituita fiunt, confert. 24

Validi ac vehementes cibi & potus, calido ventriculo præditos turbãt. 25

Ab atra bile liberãt, quia simile profluit, hæmorrhoides. 26

Coitus morbos temporis progressu incrementum accipientes sanat. 27

Frigiditas ea quæ circa ventriculũ sunt indurat. 28

Quod si volueris vt is qui elleborũ bibit celerius purgetur, ut lauet aut comedat præcipe. 29

Sanguis per somnum interiora magis petit. 30

Rigor à ſuperioribus uentriculi partibus magis incipit, calor uero ab inferioribus. 31

Spiratio uelox & crebra fit ubi pulmo æſtum ſitum obtinuerit. Cæterum immodice vacuatum multus ſomnus excitat. 32

Inter frigidos cibos habentur lens, milium, & cucurbita. 33

Si impurgatus laborauerit, vlcera erumpent. 34

Pueri purgantur, ſi mulier aut capra cucumerem ſylueſtrem edat. 35

Percalidum corpus per id quod comeditur intus refrigeratur. Extra uero ſole, æſtu, & ueſtitu æſtiuo tempore offenditur. Contrariũ autem contrà. 36

Cibi ij quidem cofeſtim, illi uero tarde ſuperantur. 37

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemium Libri Particula sexta, Leonardo Fuchsio interprete.

1

CArnes & ex uentre, & ab extima corporis superficie trahunt. Manifestum itaque sensui est, quod corpus uniuersum expirabile & inspirabile sit. 2

Arteria sanguinis copia cum calidissima est, fuliginosum quid oritur, quod confestim excernit. 3

Quibus pingue in sanguine est, iis flaua bilis fit, atra uero ex sanguine. 4

Mentis, memoriæ, odoris, aliorumque instrumentorum, & appetentiæ, medico cura & meditatio sit. 5

Labor, cibus, potus, somnus, uenerea, omnia mediocria. 6

Si quis frigidus admodũ sit, is in tẽ

pore ac regiōe frigidis calidior erit. 7

Dolorum proximum uentrem purgare conuenit, ſangninis uero uentrem incidere. Doloribus quoq; medentur, uſtio, ſectio, calefactio, refrigeratio, ſternutamentum, ſucci plantarum, his potiſſimum in quibus efficaces ſunt, & cyceon. Maleficis lac, allium, uinum feruens, acetum, & ſal præſertim mederi poſſunt. 8

Imbecillitas & grauitas homini cuidam ex laboribus et itinere accidit, qui quidem expuit, tuſſiuit enim ob deſtillationem ex capite factam. Febris illi etiam acuta manum ſubmordens erat. Secundo die capitis grauitas euenit, & lingua peruſta eſt. Naſus unguibus ſcalptus ſanguinem haud excreuit. Siniſter lien magnus et durus, dolore uexabatur. 9

A quartana correpti magno morbo non capiuntur. Quod si uero antea capiantur, si quartana superuenerit, liberantur. 10

Cōtēplādū q̄ morbi alijs succedāt. 11

Bilis flaua ab ijs quæ corpus calefaciunt, ueluti de auibus dixi, nam & hæ biliosæ sunt, generatur. Signū aūt atq; adeò argumentū caloris, acrimonia. 12

Turbationes, morborumq́; in alios transitus considerandi: quoniam delirantibus laterum dolores desinunt. Cōtingit uero ut & nonnullis unà febres, nonnullis uero minime, sed cum sudoribus finiantur. Quibusdam etiā cum alui perturbatione, quod illis cutis arida & circuntensa ac salsa sit. 13

Considerandum ex quibus causis stupores fiant, potissimum in eo cui coxa stupet. 14

Ex inflammationibus quę fiunt iuxta aures, & in ipsis auribus, ut plurimum tertio moriuntur die. 15

Quibus cutes obtenduntur aridæ & duræ, ij sine sudore moriuntur: quibus uero laxæ & raræ, ij cum sudore obeunt. 16

Mutationes in ijs morbis qui transmutari queunt, prosunt. Transferre autem eosdem ad loca cōueniētia, priusquàm alia male afficiantur, oportet. Sic Cherionij ob destillationes irritatas faucium exasperationes ortæ sunt. 17

In auferendis noxijs, hic terminus esto, ut sanum relinquatur, causa ipsa uel purgando, uel abolendo, uel eijciendo, uel secando, uel urendo per inferna subducta & ablata. Quibus uero nihil noxij existit, ijs etiam nihil auferendum erit. 18

Si quibus sanguis ex naribus crebrò profluit male colorati fuerint, ijs sanè merum modicè datum prodest. Si uero rubri colore fuerint, tum ijs perinde atq; prioribus haud confert. Denique quibus capita sunt facile tolerantia, hos utique merum iuuat: quibus uero non, minime. 19

Quibus nares natura humidæ, & genitale semen liquidum, minus sanè degũt: quibus uero cõtrà, salubrius. 20

Sputa rotunda deliriũ portendunt, ueluti in eo qui in Plinthio decubuit, cui ex sinistra nare sanguis profluxit, & quinto solutum est die. 21

Vrina quæ sedimen copiosum habet, qualis Dexippi à caluitio fuit, à delirio liberat. 22

Quartana ante annũ uix desinit. 23

Quibus æstatis morbi accidunt, ijs

quinto die eruptiones indicatoriæ fiunt. Sunt uero quibus tardius eueniunt. 24

Suppurationes quæ circa gingiuas & nares fiũt, septimo die erũpunt. 25

Quibus in dolore dentium tenuia à naribus promanant, ijs postridie à pipere bene adaptato crassiora profluẽt, nisi alia præualuerint. Hegesippo enĩ somniferum medicamentum ex eo non præualuit, sed dolorem magis ac uehementius adsciuit. 26

Ex capite ossium æstimato naturã, dein neruorum, uenarum, carnium, & reliquorum, humorum, superiorum ac inferiorum uentriculorum, mentis atq; morum. 27

Consideranda ea quæ per annum accidunt, qua anni parte fiant, tum etiã an citius quàm oporteat, ueluti exan-

themata et eiuſmodi, haud aliter quàm ea quæ quotidie citius aut ſerius corripiunt. 28

Bilioſum ac ſanguineum corpus ubi perſpiratione caruerit, melancholicum fit. 29

Lycino poſtremum lien magnus factus, quarto aut quinto die iterum dolere cœpit. 30

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemium Libri particula ſeptima, Leonardo Fuchſio interprete.

1

Circa hyberna ſolſtitia, decimoquinto uel uigeſimo die, ex crebra auſtralium & aquilonarium uentorum niuoſorumq; temporum mutatione, tuſſes cœperunt. Quædam ſanè illarũ breuiores, quædam uero longiores fuerũt.

Frequemtes quoque post has pulmonis inflammationes acciderunt. Ante nimirum ęquinoctium quamplurimis reuertebantur, idq́; magna ex parte quadragesimo ab initio solstitij die. Et ijs quidem breues admodum, & iudicatu faciles euenerunt, alijs uero fauces inflammabantur, nonnullis anginæ, quibusdam etiam resolutiones, aliquibus uero nocturnę cæcitudines, pueris potissimum, accidebant. Pulmonis autem inflammationees ualde breues fuerunt. Faucium inflammationes statim certe tussientibus pro tussi fiebant: hæq́; breues fuerunt, magis uero nocturnę cęcitudines. Anginæ & resolutiones duræ & siccæ, aut modicæ & raro matura excreantes. Quibusdam autem ualde excreare contigit. Qui utique uel uoce plus defatigati sunt, uel rigore correpti sunt, his

in anginas potissimum tusses finierunt. Qui uero manibus laborabant, manibus tantum resoluti sunt. Qui equitarunt, aut plurimum itineris confecerũt, aut aliàs cruribus defatigati sunt, ijs in lumbis uel cruribus incontinentes resolutiones, in femoribus uero & suris lassitudo & dolor fiebant. Durissimæ autem ac uehementissimæ quæ ad resolutionem deducebant tusses. Hęc quidem omnia in recidiuo contingebant, per exordia uero nõ admodum. Plurimos horum tusses in medio morbi tempore destituerunt, perfectè tamen haud reliquerunt, sed cum recidiua affuerunt. Quibus uoces ob tussim perierunt, horum plurimi citra febrem fuerunt, nonnulli uero breui saltem tempore. Cæterum nulli illorum pulmonis inflammationes, neq; resolutiones etiam euenerũt,

ſed neq; aliud quiquã manifeſtatũ eſt, at in ſola uoce indicatus eſt morbus. Nocturnæ cæcitudines firmabantur, ut quæ ex alia cauſa factæ fuerunt. Pueris tamen maxime acciderunt. Nigrum quod in oculis eſt uariebatur, eorum præſertim qui exiguas pupillas habebant. Magna uero ex parte oculus totus niger erat, potiſſimũ ijs quibus magni erant oculi, & capilli recti: plurimi quoque horum nigros obtinebant capillos. 2

Mulieres haud ſimiliter uiris à tuſſi afficiebantur, paucæ quoq; febricitabant, hiſq; multo pauciores ad pulmonis inflammationem deueniebant, & ipſæ quidem ſeniores, cunctęq; euadebãt. Cauſabar quod non perinde atq; uiri exirent, & quia haud quaquam ut uiri morbis corriperẽtur, Anginę tamen

duabus liberis accidebant, & hæ ſanè leniſſimæ. Ancillis frequentius euenerunt, & quibus uehementiſſimæ erant: illæ etiam celerrime moriebantur. Pluribus quoq; uiris acciderunt: quorũ hi quidem euadebant: alij uero peribant. In ſumma: ijs qui duntaxat non poterant deglutire: lenes admodum & facile tolerabiles factæ ſunt: qui uero ad hæc obſcurius loquebantur: ijs moleſtiores & diuturniores euenerunt. Malum deniq; erat ſi quibus uenæ quæ circa tempora et ceruicem ſunt intumuerũt: peſſimum quibus ſpiratio in ſublime ferebatur: hi enim incaleſcebant. Quemadmodum iam ſcriptum eſt: ſic ſanè affectuum ſe habuerunt conſortia. Qui primum ſcripti ſunt: ſine ijs qui poſterius ſcripti ſunt fiebãt: at qui poſterius non ſine ijs qui prius. Citiſſime morie

bantur ubi rigore febrili cõcussi essent: his neq; reprimentia medicamẽtu: neq; uentris perturbatio: neque uenæ sectio, neq; etiam quęcunq; alia quæ tentaui, alicuius momẽti auxilium attulere. Secui quoq; uenam sub lingua, & è supernis purgaui. Hæc quidem omnino in æstate facta sunt, perinde atq; alia multa quæ proruperunt. Primum quidem per siccitates lippitudines dolorificæ populariter uagabantur. 3

Sanguinem è uenis & arterijs pro manantem sistunt animi deliquium, figura aliò tendens, interceptio, linamenti in orbem conuolutio, appositio, & deligatura. 4

Quandoquidem iecoraria vena afficiebatur, ideo frequenter bubones excitabantur, id quod & arteriam male affectum fuisse indicabat, ueluti in Po-

sidonia

ſidonia euenit. 5

Qui ſanguinis profluuio laborauerunt, morientes in fronte non ſudarũt, ſed ueluti concidentes et vulnerati mortui ſunt. Malum quoq; fuit ſi qui cum ſudoribus perierunt. 6

Ventris copia tolerat perturbationem, ueluti Poſidonię accidit. Atqui cõſiderandum qualia ulcera effecerit. In extenuatione uero uentris, tenſio ante mortẽ facta eſt. Vmbilicus quoq; prominens illi exulceratus eſt. Gingiuarum etiam vlcerationes dentes adorientes affuerunt. 7

Plura de unoquoq; recte præcipere licet, hæc quidem ut idem ualentia, illa uero non:ut ſunt eiuſmodi, diffundi, deliteſcere & educi, indurari & molliri. Et cum mutatione opus erit, timidos & nihil audentes à lecto in quo

decumbunt propulſare, ac excitare tor
pentes ad ea q̄ tardius agūt oportet. 8

Aqua inter cutem laborantes citius incidere, tabidos uero cōfeſtim urere, caputq; ſecare oportet. Hæc aūt in his qui aqua inter cutem afficiuntur cauenda ſunt, ne ſcilicet imus uenter, aut interiora ferro tangātur. Simile enī q̄d in
genibus temerè incidendis cōtingit. 9

Si ea quę iuxta uētriculi ſunt oſtiū perinde atq; Xenarcho doluerint, tunc admodum calidum inſpirare, & vlcus inter initia euacuationis loco calidis fo
uere oportet. 10

Conſiderandum num uox talis ſit natura haud irato, qualis iratis fit: furoris enim ſignum. Oculi quoq; an natura terribiles fuerint, & quales ſunt ijs qui iraſcuntur, iā uero nō tales, et alia ſecundum rationem morborum contem

planda. Sic tabificam formam efficit, si quispiam natura aliquã ad hunc morbum imaginem præ se ferat. Adsunt & alia pari ratione. 11

Tusses in lassitudine accidentes ad partes læsas, articulos potissimum, pertingunt. Sed & in febribus lassitudinẽ habentibus tusses siccæ fiunt, quæ si in corpore relinquuntur, tum unà cum febre in articulos decumbunt. 12

Spiratio obscura & exigua in tabidis ac sterilibus, malum. Malæ quoque sunt quæcunque aliæ eius generis spirationes ab eadem occasione aut corporis constitutione accidentes. 13

Autumnus tabidis malus est. Malum & uer, tum potissimũ quãdo folia fici cornicis pedibus similia fuerint. 14

In Perintho uerno tempore plurimi tabidi fuerunt. Concausa hyberna

tuſſis populariter uagans erat. Nõnul
lis uero morbi quotquot diuturni fue-
runt: nã illis de quibus dubiũ erat, ta-
bem cõfirmabant. Quibuſdã qui mor
bis diuturnis tenebantur, tabes non eue
niebat, quemadmodũ ijs qui renum do
lore laborabant. Verũ hoc & alijs qui
buſdã accidit, inter quos homo ille fuit
ad quem me Cyniſcus duxit. 15

Dolorum lateris, pectoris, & alia-
rum partium tempora an multum diffe
rant perdiſcendum, quando nimirum
melius habuerint, & rurſus quando pe
ius, nihil in hoc aberrantes, 16

In longis inteſtinorum difficultati-
bus inediæ ex faſtidio malæ, præſertim
ſi ſimul febricitent. 17

Circũglabra vlcæra maligna sũt. 18

Lumbis dolentibus ſi recurſus dolo-
ris ad latera fiat, & tuberculum quod

ſeps appellatur oriatur, malum. 19

Vitia renum poſt annos quinquaginta ſanata eſſe non vidi. 20

Contemplandum erit quæ in ſomno ſint exacerbata, & quibus extrema frigent, atq; mens perturbatur, & quęcũq; id genus alia quæ in ſomno accidunt. Nec minus conſiderandum quibus contraria eueniunt. 21

Quibuſcunq; intra ſtatum partus tẽpus nihil mali accidit, iis ſingulis ea quę naſcuntur vitalia erunt. 22

Conſiderandũ quibus menſibus eueniant ea quæ in grauidis apparent. 23

Labores partus per circuitus fiunt, quia fœtus qui in ſeptuageſimo mouetur, terna multiplicatione perficitur. 24

Quoniam poſt menſium purgationem iam dextra, iam uero ſiniſtra vteri pars aperta eſt, ideo interdum mas, in-

terdum vero fœmina nascitur. 25

Vteri humiditas per ea quæ ab illo procedunt dignoscitur, siccoq; victu curatur. 26

Quoniam mas celerius in vtero per membra discernitur, ideo postquam mouetur, tardius in posterum augetur. 27

Dolores grauidis ut plurimum tertio, quinto, septimo, nono, secundo, quarto, sexto, & octauo mensibus fiunt.

HIPPOCRATIS SEXTI Epidemion Libri Particula octaua, Leonardo fuchsio interprete.

1

CONsiderãda sunt & hęc ipsa quę ex parua tabula desumpta sũt. 2

Victus ratio ciborum potusq; repletione ac vacuatione cõstat. Spectandum itaq; quid horum ex quibus in quæ mu

tationes possint. 3

Odores oblectant, offendũt, implẽt & placant. Contemplãdum itaq; quid mutationes, ex quibus in quę valeant. 4

Spiritus irrũpunt, intrant & exeũt, sic etiam corpora. 5

Rumores hi meliores sunt, illi vero molestantes. 6

A lingua quoq; quæ ex quibus assumuntur considerandum. 7

Pari ratione considerandum an ventus aerq́; calidior, frigidior, crassior, tenuior, vel humidior sit, minusq́; aut plus impleat, & quid permutationes ex his in has possint. 8

Corpus nostrum constituunt continẽtia, contenta, & impetum facientia. 9

Sermonibus & silentio ægro gratificandum erit, ideoq́; dicere oportet ea quę uult, idq́; sermonibus quibus loqui-

tur, ſiue hi magni, ſiue multi, ſiue veri,
ſiue ſimulati fuerint. 10

Exeuntia à corpore unde cœperũt,
& vbi ceſſarunt, quatenuſq; diſſipa-
runt, colores deniq; illorum, quibus ad-
de caliditatem, ſalſedinem, dulcedinẽ,
tenuitatem & craſſitudinem, æqualiter
vel inæqualiter inſudet corpus, ac tem-
pus, & quid mutationes ex quibus in
quæ poſſint cognoſcere oportet. 11

Contemplandum num natura incœ
perit expulſionẽ, & nõ prȩualuerit. 12

Expendendum num vltro aut inuitè,
multȩ vel paucȩ, calidȩ, vel frigidȩ, craſ
ſȩ uel tenues lachrymȩ promanent. 13

Cõtẽplare oportet guſtũ, ſputũ illic ex
creatũ, ſiue tuſſiẽdo euulsũ, & võtiũ. 14

Solis æſtus, frigus, humiditas, & ſic
citas cõſiderãda. Mutatio quoq; p̃ q̃ fa-
cta ſit, & q̃d ex quibus in q̃ poſſit. 15

Labores, ſomnos, ocia & uigilias ex pendere oportet. 16

Quæ per ſomnum accidunt, necnon ipſa inſomnia conſideranda ſunt. 17

Cubilia in quibus decũbit, & a quibus tranſfertur æger, conſideranda. 18

Animi affectus perpendendus, num ſcilicet ipſe ſua ſponte ſine inſtrumentis & cauſis triſtetur, lætetur, timeat, confidat, ſperet, deſperetq; : ueluti Hippothoi puella ſic ſibiipſi in animo ſuo conſtabat, ut omnium eorum quæ in morbo acciderant gnara eſſet. 19

Ætatem ab ætate diſcernere oportet, & num prius aut poſterius quàm oporteat aliquid contingat. Veluti ſi hyeme, aut æſtate, uel ſeni uel puero ſolutus eſt morbus: aut exitus dentium, capillorũq; ĩ pudẽdis eruptio, & ſeminis proiectio prius aut poſterius quàm de-

ceat fcã ẽ, magis & minus, augmẽtũ capillorꝶ, crassitudo, robur, & dimĩutio. 20

Considerandum qui morbus cognatus, & qui per se sit, quanto denique magis & minus cognatę sint partes. 21

Anni tempus expendendũ, num scilicet citius aut tardius quàm conueniat factum sit, & an pluuiosum uel siccum, calidum uel frigidum, cum uentis uel citra uentos, quibusq́; uẽtis perflatum, & num in principio, medio, fine, uel assiduò, pręterito aut p̄nti tp̄e fuerit. 22

Morbi horam & tempus, accidẽtia, & circuitus, quiq́; horum uehementiores, & qui prolixiores fuerint, itidemq́; incrementa multa considerare oportet. Alterius quoque morbi incrementum, remissionem, & uigorem, num magis aut minus, & quando, quomodo, qua hora, quaq́; in ętate desierit. 23

Morborum populariter uagantium modi ac rationes considerandę, & num aliquis eorum qui iã cœperunt sine uomitu initium sumpserit, & an bibentes medicamentum aliquod, adstricti, aut modicè purgati sint. 24

Considerandum num fortè candidi febribus corripiãtur, & illorũ ẽt labia, qualis denique modus febris, ac q̃ tpa. 25

Contẽplari oportet corpus ac eiusdẽ functionẽ, qualis nimirũ uisus, auditus, nares, tactus, lĩgua, & rõcinatio sit. 26

Expendendi sunt tumores in palpebris superioribus relicti: alię nanque corporis partes si fuerint extenuatę, recidiuæ erunt. Nõ autem minus his malignę sunt, quę in extremitate subrubeę & durę existunt: in illis enim extumescentia & coarctata erunt, perinde atque Pharsalo Polymedi contigit. 27

Tumores & liuores in lippitudinibus uel ulceribus cum impetu rumpuntur. Atqui & ea q̃ ex tuberculis ac suppurationib. defluunt consideranda, quoniam aliquid portendunt. 28

Accidit ut circa messem tormina iuxta umbilicum à porro fiãt, uerum post messem ijs etiam ab alijs eueniunt. 29

Sunt quibus ignis sacer à ceruice ortus in facie deinceps iudicatus sit. Malũ uero si quibus in collo nigra, aut pustulę erant, & uenter perturbabatur. 30

Adamantus cum melãcholicus esset, interdum à multa pepliorum sumptione nigra uomuit, aliquãdo ẽt à cepis. 31

Febres in quibus labia ulcerãtur for tussis cessant. Tertianis autem refrigerationes sunt. Ardentes uero semper ad manum confestim solutę sunt. 32

Considerandum quale id sit quod in

articulis est, num scilicet suppurent. 33
Expendendum qualis interim dum bn̄valemus cōsuetudo sit ĩ uictu, tegumẽtis, laboribus, sõno, uenereis & mẽte. 34
Perpendendum qualiter, & à quibus in quas species morbos mutari contingat, in quę loca conuersi sint, quando cœperint, adfuerunt, atq; cessarunt. 35
Animaduertendum in quibus incontinens terrefaciendus sit. 36
Contraria in morbo uictus ratio adhibenda. 37
Considerãdũ id quod facile, quodq; difficile fertur. 38
Victus ratio haud obiter cognoscenda, hanc enim non prorsus perspectam habere multa sanè calamitas est. 39
Similitudines bonis & eruditis etiã medicis errores, ambiguitatesq; pariũt: at contraria, causa manifesta. Scio quod

difficile sit curandi ratione ac uiam ratiocinando cognoscere, quemadmodum si acuto sit capite, si simus, si subsicus, biliosus, difficulter uomens, niger, iuuenis, & intempestiue uictitans. Non minus quoq; difficile heciter se pacisci. 40

Fistula cuidam rursus rumpebatur, tussis enim prohibuit ne pmaneret. 42

Huic cui iecinoris fibra plicata erat concussi, & dolor confestim cessauit. 41

Satyrus in Thaso qui cognomento Grypalopex uocabatur, annos uigintiquinq; natus, sepius per somnum genitale semen excreuit, sed & per diem illi multoties promanauit. Cum autem trigesimum iam annum attigisset, tabe correptus mortuus est. 43

Custos palestre in abderis, qui Stheneos dictus erat, luctatus cum multo se fortiore, in caput cadens abijt, & aquã

frigidam copiosam hausit. Post hęc uero nocte illa uigilia, molestia, extremitatumq; frigiditas subsecuta sunt. Postridie domum intrauit, & glande aluo inserta nihil egessit: parum autem minxit, antea enim nihil minxerat. Noctem uersus lotus est: & nihilominus uigilia & molestia permāserunt. Tertio deniq; die extremitatum frigiditas reuersa est: calefactus uero sudauit. Tertio tandem die mulsum bibens mortuus est. 44

Melancholici magna ex parte morbo comitiali affici consueuerunt: & cō trà morbo comitiali laborantes efficiuntur melancholici. Horum uero utrumlibet magis euenit prout uel in hāc uel in illam partem infirmitas repit: si enim in corpus: epileptici: si uero in mentem: melancholici efficiuntur. 45

Phaetusa Pythei coniunx in Abde-

ris olim dum iuuenis esset fœcũda fuit. Cum uero maritus eius in exilium fugisset: menses illi multo defecerunt tẽpore. Quo facto: dolores & rubores deĩceps in articulis acciderunt. His autem factis corpus uirile & in uniuersum hirsutũ & pilosum redditum est: barbamq́; emisit: & uox ipsa aspera effecta est. Cum autem omnia quęcunq; ad menses proritandos necessaria essent tentaremus: non profluxerunt. sed cum haud multo post tempore uixisset: mortua est, 46

Frustrata Hipp^tis curatio:

Idem hoc Namysię Corripi uxori ĩ Thaso contigit. Medicis enim omnibus: quibus cum & ego uersatus sum: unica esse spes uidebatur ut effœminaretur: quo menses naturaliter promanarent. Verum cum multa tentassemus huic nõ profluxerũt: sed paulò post mortua ẽ.

FINIS.

Urina tenues, atr q crassa
no residetes, cruditate indicat,
163. 2.

AEGRI QVIDAM. videtur falso me-
lius se hre, ac pter ronem, qn
natura extinguit, & simul
calor natis: 167. 2.
Ite reddit rone. Quando Natu
ra ... p imbecillitate a
coquendo, & ab humoru im
mutatione abstinet ob im
becillitate, aegri nec labo-
rat, nec febricitat, nisi
perparu: 168. p. et. 2.

Decreverit c morbus q. sim tunc ... 168.

ventris excrementa torrida reddunt,
super excalfactione jecoris. 161:

VRINA rubra sanguine crudiore,
ac serosiore abundare indicat, Si
cuti russa, et atra, flavo bi=
lem: 162: ——

Ubi semicrudi sanguis serum
per urinas expellitur, merito
urina fit rubra. 162 - 2 -
et longitudinem morbi indicat, qua
adest cruditas: ——

Vrina turbida super turbationem
crudam enuntiat, multo spumoso spiritu
perdita, ut est mustum: 163.

Recidiuas cas legit. 119.2

Vespertilionis uita agunt qui noctu uigilat. 105.2

Quartana, et tertia cuius si graviora habet symptomata pariet, breui morbus iudicabit. 113.2.

Superstes propter expectationem. 119

Dierum computatio a recidiua. 119.

Pronosticandum non est priusquam illius aliquod signum apparuerit. 124.

Quadragesimos, et octogesimos dies, decretorius est. 124.2.

Sanguis missio. pretermissa ab Hipp. 138. 2.

Sanguis fluor [illegible], stil
utro letales · 72 · 2 ·
venus ē parua
epilepsia 156 ·
Sanguis ī pª die ī feb. [illegible]
et a'gis. [illegible]
Aequinoctiu uernu ē qn in-
cipit ver. ~~Aequinoctiū~~ hye-
male, ē cª mediū sept;
Solst. æstiuū, ē cª med. Ju
nij. vernū circa medi
ū ~~[illegible]~~ Dec.

Natura ptensa ē p mēbra
solida, quæ illorū ē uirtus.
humoris uero coquunt a
mēbris solidis sanis. quæ si
laborat, morbus ē ī habitu. 63

fuppie
nur abs

